

Lippsche Bergmannsche

Sammelblatt

D 1632

Z

50.

DISSERTATIONEM

DE

CREDULITATE

DIVINO AUSPICIO

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPAE AC DOMINO

DN. CAROLO,

PRINCIPE BORUSSIAE MARCHIONE BRANDENBURGICO, ET RELIQUA

PRÆSIDE

IO. FRIDEMANN SCHNEIDERN,
PHIL. ET I. U. DOCT.

LOG. AC PRIMÆ PHILOS. PROFESSORE ORDIN. IUR. EXTRAORD.
ORDIN. PHIL. H.T. DECANO,

Pro MAGISTRI Philosophiae honoribus ac Privilegiis rite
consequendis

AD DIEM XXIX. NOVEMBRIS MDCCXIV.

Publico examini exponit

AUTOR

10. TOBIAS WAGNER
Nordhusanus Thuringus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ

Litteris Christiani Henckelii, Acad. Typ.

DISSERTATIONE
DE
CREDULITATE
DIALETO VASILICO
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
PROTODEMA MAGNISCIENITATIS
PRAESES PRINCIPALIAE AD DOMINI
DR. CAROLO
PRÆSIDE
THOMASI SCHNEIDERI
IO FRIEDERICKI
AD ACTIVAM TUTORIS PROFESSIONE RERUM EXTRACCION
ORDINE DILECTI PLEBEI
BONI MAGISTERIUS
AD DIU XIX NOVEMBER
PAPAGO EXAMINI
AUTOR
IO THOMASI WAGNER
HABE MIGDARUGICAE
LITERIS CAVILLANDIS INGENUUS AVENS TALIS


AIR Praeludium sive Ambitus
Iun. 1693. Protor. Operariae etiam
etiam

VIRO

AMPLISSIMO, PRAECLARISSIMO
AC DOCTISSIMO

DN.

M. TOBIAE ECKARDO,
RECTORI GYMNASII ILLVSTRIS, QUOD
QUEDLINEVRGII FLORET, MERENTIS-
SIMO,

FAVTORI MEO OMNI OBSERVANTIA CO-
LENDÔ

Hanc solemnem dissertationem in grati animi
testificationem studiorumque commen-
dationem

offerò ac dedico

AUCTOR.

VIR Praeclarissime atque Amplissime, Fautor observantissime
colende,

AD nuncupandam hancce dissertationem praeclaro TUO nomini quæ me commoverint induxitque causæ, adeo longe arcessendæ non sunt: In promptu eas habeo, TVA in me studia, officia, merita perpendens, quæ grati animi testificationem expectare immo postulare a me videntur. TIBI, VIR Humanissime, acceptum refero, quod studia humanitatis, quæ lucem reliquis accendunt disciplinis, in Academiis haud neglegit habuerim a TE quippe ad veterum amanda scripta tantopere allectus. TIBI debeo, quod his literis rerum junxerim cognitionem imprimisque morum ac virtutum investigationem, ac omnia ea quæ ad iustitiam colendam, honestatem sectandam ac omnem humanitatis cultum decusque pertinent. TIBI attribuendum censeo, quod in iis, quæ lego, quæve audio, judicare quam credere malim inque causis rimandis ac explo-

fan-

randis me sollicitum praebeam. Nondum enim oblivioni
tradidi Logicas TVas praceptiones ad formandam intelli-
gendi facultatem directas: Quas cum nuperius emissas
cernerem, haud facile dictu est, quantam exinde percepe-
rim voluptatem. Nihil enim in TVA Arte rationis in-
venio omissum; nihil negligenter pertractatum; quic-
quid veteribus in hoc studii genere cognitum est nec non
recentioribus observatum traditumque, expeditissima in-
stituis ratione ac complectaris. In nulla autem re magis ea
mihi videtur commendanda, quam quod facultatum pari-
ter ac imbecillitatum intellectus humani habeas ratio-
nem siveque naevos mihi observatos detectosque evitare
summa ope annis fueris. Sic enim de viribus intelle-
ctus agis, ut morbos non omittas, qui illum affligunt,
corrumpt, perturbant. Quos inter cum inveniatur
credulitas, quae omnium ferme hominum animos oc-
cupat, ac illis magno nocumento est, operae pretium
futurum credidi, si in illius naturam inquirerem, causas
indagarem, damna indicarem, & medelam illi afferre alla-
borarem. Ex illa itaque disciplina cum hoc sit deprem-
tum argumentum, quam doces, haud mirum TIBI videbi-
tur, si hanc dissertationem TIBI dedicare in animum me-
um induxerim. Causas autem investigando, institu-
tionem plurimum adjumentum conferre, deprehendo.
In multis Scholis credulitatem nutrita ac foveri, palam
est. Ast cum mihi TVam docendi rationem in memo-
riam revoco, revoco autem saepissime, nihil magis TIBI
curae esse mihi videtur, quam ut fidei TVae commissos ad
perpendendas veritates explorandasque causas excites at-
que cohorteris. Tali ratione caves, ut ne creduli effici-
antur discentium animi neque vulgi ad credulitatem pro-
ni sermonibus temere patulas praebant aures. Quod si
id tantummodo ex praeclara TVa doctrina consecutus es-
sem, multum TIBI deberem ac obstrictissimum me fate-
rer. Ast cum plura in me contuleris, TVVMque in me ani-
mum

mum variis indicis testatum feceris; grati animi monumen-
tum statuere TIBI volo, simulque affirmare, me
semper grata mente tua in me merita reputaturum ac pre-
caturum Deum, ut constantem valetudinis prosperitatem
largiatur, quo Gymnasium vestrum, quod ab primo suo con-
ditu luce pulcherrimarum disciplinarum praefulsit, efflo-
scat porro invidendo auctu; quod opto, unaque, ut stu-
dia mea commendata habeas, humanissime rogo

Præclari **TVI** nominis

Dabam X. Cal. Dec.

CICCI CI.

cultor studiosissimus

Io. Tobias Wagnerus.



CAP. I.

DE

NATURA CREDULITATIS EIUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, TUM A VITIIS HUMANI INTELLE- CTUS DIFFERENTIA.

S U M M A.

Utilitas huius argumenti. Natus
veterum Logicorum, circa reme-
dia humani intellectus parum spita
occupatorum, ostenditur ac refu-
tatur. Subtilitas terminorum ar-
tificialium & syllogismorum hoc
nomine reprehensa est: illis Ve-
rulamii comparatio; his Cæstii
iudicium adipicatur: de singulis
Seneca testimonia illustrandi gra-
tia adducuntur. §. I.

Alter natus recentiorum Logico-
rum, vel in omissione morborum
intellectus, vel in superficiaria il-
lorum tractatione, proponitur. A
Pelagianis tamen imputatione
liberantur, cum ex remissione ad
historiam Ecclesiasticam de Pela-
gio, tum ex distinctione inter res
divinas & humanas itemque ex
nature & gratiae ordine. Iudicium
Pufendorki de restitudine intelle-

ctus humani commendatur, incul-
cata tam virium, quam morbo-
rum intellectus humani coniunctio-
ne. Transitus fit ad credulita-
tem cum exusaliosis, quod illa re-
iecta, non reiciatur vera fides.
§. II.

Classes morborum intellectus huma-
ni, a causa & modo nocendi pe-
titie, præmituntur. D. Beermann
harum occasione notatur. §. III.

Diversa credulitatis significatio e-
voluitur. 1. Pro facilitate ereden-
di, adeoque errori ac infirmitati
intellectus accensetur, & illustra-
tur ex epistolis Ciceronis. 2. Pro
affensi ex conjecturis proceden-
te: prior eligitur; posterior ictis
relinquitur. §. IV.

Credulitatis descriptio exhibetur.
Credulum esse temerarium, often-
ditur eoque refutatur Autor A. G.

&

CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

2 & Rotenbeckius, distinguentes iudicium temerarium ab errore & falso. Solvit quoque obiectio eorum, qui credulitatem pro vitio voluntatis venditant. §. V.

Differentia inter morbum ac vitium (1) quod modum inherendi (2) quoad durationem (3) secundum originem evoluta, applicatur ad credulitatem, cuius actum habitu peiorum esse adseritur. Credulitatem esse morbum, probatur parvum ex eventu, partim ex eius ortu. §. VI.

D. Beermannii differentientis rationes confutantur, quibus credulitatem a vitiis intellectus eximere videtur. Qvarum (1) a creduli intentione. Solvit haec per instantiam a bona heretici intentione, non tollente imputationem erroris, addita etiam distinctione & comparatione cum suspicione. (2) a dicto i. Cor. XIII. quod a mala eius interpretatione vindicatur. (3) ab eminentiore fidei gradu rerum reicitur per instantiam ab avaritia, & indicatis quoque genuinis verosimilitudinis gradibus. D. Beermannum sibi meti ipsi adversum esse, exemplo creduli Prophetae, a leone decepti declaratur. §. VII.

De necessitate aliorum fidem sequendi, indicata eius occasione. Conditiones homini fide digni ex parte intellectus, notitiae ex parte voluntatis, bona intentio: quatum coniunctio in concilianda fide requiritur, eoque nomine Crusazii doctrina laudatur, ac fidem debere cum ratione coniunctam esse

demonstratur; in neglectu illarum conditionum & rationis peccare credulitatem offendit. §. VIII.

Credulitatis modi variis referuntur (1) ratione testis ignoti, exemplum a credulitate vulgi circa novum rumorem inseritur, (2) ratione leviter noti. Reicitur hac occasione, quando sub fide silentii aliquid alteri committitur. (3) ratione fallacium conditionum, imprimita sagacitate testis, de opibus eius, quarum intuitu Clericus refutatur, plus fidei tribuens homini diviti, quam pauperi itemque de offentione (4) ratione negligi eventus. §. IX.

Divisio credulitatis in historicam & dogmaticam, utriusque differentia intuitu obiecti evolvitur. De credulitate agitur (1) Logica propter otiosas speculationes (2) Ethica eorum, qui rerum moralium certitudinem negant (3) Politica, orta a separatione regularum & exemplorum. (4) Physica, a sensu, rationis & experientiae separatione nata, culpa eius Aristotelii imputatur (6) Mathematica ex Astrologia iudicari illustratur. (7) Medica, empiricorum eorumque, qui eos sequuntur. Exemplum Antonii Musae (8) Iuridica, in communis opinione deprehensa. Seneca dictum huic opponitur. (9) Theologica in propagatione religionis per revelationes fictas. Innumeritas esse credulitatis species ostenditur. §. X.

De piis fraudibus Pontificiorum ad credulitatem homines perducendi

EIUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

3

tium agitur: indicato illarum scopo, detectoque periculo: cuius causa iudicium Thuani commendatur. §. XI.

Fraudibus illis accensetur oppresio veræ sententie, quam pari ratione in credulitatem conicere declaratur exemplis duobus a Tollandio relatis: uno de potestate Principum super synodos; altero de potestate sacerdotum circa dimittenda ac retinenda peccata. §. XII.

Differentia credulitatis evolvitur I. a Fide (α) ratione testimonii. (β) ratione iudicij II. Ab opinione (a) secundum probandi modum (b) secundum eventum III. a Captivazione rationis, quæ ad calum temperandi iudicij proprii pertinet. §. XIII.

Differentia credulitatis eruitur a vi- tis intellectualibus (1) a suspicione tam ratione sedis, quam ratione effectus. Seneca iudicium lauda- tur (2) ab incredulitate, non rari- one obiecti solum, sed ratione conditionis personarum: quia oc- casione iudicium Verulansii adser- tur, de atheis per miracula non convertendis. Musici & Clerici scripta de incredulitate commen- dantur. (3) a precipitania, ut ef- fectus a causa. (4) a curiositate, ut causa ab effectu. Modus often- ditur, quo credulitas reddit curio- sos. Plutarchus de curiositate aliis prefertur. (5) dubitatione partim precipitando iudicium, partim negligendo inquisitionem erroris (6) ab imprudentia, quam rursus vel producit, vel eandem fa- quitur. §. XIV.

§. I.



Ermultum cum intersit, resque censem- atur magni esse momenti, ratione sua si quis bene uti, verum perspicere atque a falso se- cernere valeat. Inde haut exiguum operam Philosophi in formanda intelligendi facul- tate ac in veritate investiganda collocave- runt, eamque in rem traditis præceptis, quæ vocant, Lo- gicis viam aliis commonstrarare fategerunt. Veteres pariter ac recentiores hanc occupasse curam, palam est, & mul- titudo scriptorum Logicorum fatis abundeque testatur. Ve- rum qui sibi persuadere velit, ne quidquam ab illis omissum; nihil negligenter pertractatum esse, is sane suam in hoc stu- dii genere proderet inseitiam. Habeo, cur veteres Logicæ scriptores animadversione dignos censem: in promptu quo-

A. 2

que

CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

que causa est, quare recentioribus optima ratione a me neglegitus obiciatur. Equidem illos in eo existimo reprehendendos, quod in remediis tantum occupati, at parum aptis, subtilitatem potius scholæ, quam vitæ utilitatem sequantur: cuius exemplum præbet sterilis terminorum, propositionum atque artificialium syllogismorum inculcatio, qua universam Logicam ludibrii populari exponunt atque in deridiculum vertunt. Nam terminorum illa artificialium copia, ad copiose quidem, sed sine iudicio de istis, quæ nescimus, garriendum pertinet, eorumque tam inventiones, quam connexiones cum telis aranearum recte comparavir Eaco Verulamius in Lib. 1. de Augm. Scient. p. 17. 18. Neque disfitemur falsam hanc perversionem multos deceperisse, qui eiusmodi terminos vel ad caute loquendum, vel ad aptam dispositionem alicuius scripti facere crediderunt: at in notitiam his perferendum est, quod abstractionibus intellectum humanum impleant, eisque nimis generalibus, perigrinis ac subtilibus, quibus a specialibus ac maiorem utilitatem habentibus negotiis ipsum avertunt. Unde sequitur tales Philosophos non ad caute, sed ad obscure loquendum; neque ad aptam rerum, verum ad ineptam dispositionem plures abripiuisse, nedum eorum intellectum perfecisse. Senecam audiamus, iis meliora precipientem in ep. XLIX. *Tota illo mente pergendum est, ubi provideri debet, ne res nos, non verba decipient.* Adeoque syllogismorum forma aliqua fere omnia eius generis præcepta non tam profunt ad ea, quæ ignoramus inuestiganda, quā potius ad illa, quæ iam scimus, per subtiles quasdam ambages diducenda, quod non contemendum quoque iudicium fuit Renati des Cartes in *Dissert. de Methodo* §. II. p. 9. Quibus, nos minime pudet, rurius ex Seneca obiciere illam reprehensionem, quam habet in lib. de Brev. vit. cap. XIV. *Cuius ista errores minuent? cuius cupiditates prement? quem fortiorrem, quem iussiorem, quem liberaliorem facient?* Ideo, sublata nunc & terminorum & syllogismorum artificialium subtilitate, vera Logica fibi

EIUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

fibi vindicavit totum intellectum, eiusque tam facultates, quam vires atque operationes, una cum defectibus aequaque ac contra hos remedii, quibuscumque tandem terminis exprimantur, longe utiliore ratione, atque olim factum fuit, expendit, tradit ac tuetur.

§. II.

Propterea tamen recentiores Philosophi tantum non omnes in Logica minus excusandi sunt a culpa desertæ doctrinæ magis necessariæ, dum vires solum ac facultates intellectus humani solerter peruestigatas ac pertractatas habuerunt, de morbis autem vitiisq., quæ illum adfligunt, vel nullam eorum fecerunt mentionem, vel saltim neglectius eamdem instituerunt. Verum hæc res, ut per omnem etatem magno usui, ita minime neglectui esse debet inter illos, qui aliis pro ea, qua pöllere prudentia creduntur, viam ad veram intellectus emendationem praेire gestiunt. Commovit igitur nonnullos Philosophorum ac impulit vitiorum istorum omissionis, & morborum neglecta inquisitio, ut ex alio capite suspectam eorum doctrinam habere coeperint. Scilicet sibi aliquis persuaserunt, aliquid de errore Pelagii illos delibavisse, qui facultatum ac virium intellectus magis, quam imbecillitatum eius iniurerunt rationem. Quibus aurem facili occurri opera posse autumno, si partim ea perpendantur, quæ de Pelagiis erroribus S. Augustinus in Lib. de Geß. Pelag. cap. XXXV. & de heres. cap. LXXXIX. Gvilielmus Cave in His. Litt. P.I. p. 207. n. 405. Gerhardus Io. Vossius in His. Pelag. Lib. III. Pr. III. th. X. seqq. luculente differuerunt: partim discrimen feretur inter vires, intellectus circa res divinas ac spirituales, atque inter vires eius ad humanas, naturales & morales res adplicatas. In his tantum luminis habere intellectum, quantum ad exquirienda ea, quæ ad rationem cuiusque officii pertinent, adserit necessarium ac consultum est, ne quibusvis delictis atque erroribus suis homines ignorantiam invincibilem obtendere possint. Samuel Pendorfius de J. N. G. Lib. I. cap. III. §. III. & de O. H. & C. Lib.

A 3

I. cap.

6 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

I. cap. I. §. III. Contra in divinis penitus destitutum viribus esse intellectum humanum, norunt Christiani, earumque rerum notitiam ratione originis & modi a speciali DEI gratiam revelante, quam sanctificante dependere, magno consenseru docent. Sed extra nostram controversiam haec ponuntur. Nævus ergo recentiorum Philosophorum non in eo latet, quod facultates ac vires intellectus humani explicuerint ac defenderint, sed, quod parcus, uti saepe dictum est, morbos & vitia eius tetigerint. Qui utrumque argumentum in definiendis Logicæ præceptis, urgente eos emendationis nostra necessitate, arcte coniungunt, nam isti & cauti & melius ceteris in via veritatis incedere videntur. Horum, quos inter D. Preses nomen suum preferset, dum sequor suasiones, ac imperfectiones singulatim contemplor rimorque mentis morbos, pra reliquis mihi sese offert credulitas, eoque diligentiore digna visa est consideratione, quo gravius illa opprimit animos doctorum iuxta ac indoctorum. Dissertationem itaque solemnam elaboraturus operæ pretium fore existimavi hanc si de credulitate materiali permeditandam sumerem. Ne vero quis credat, ipsam, cum de tollenda credulitate sollicitam agimus curam, tolli fidem, omnemque subduci veri similitudinem, illud diligenter intelligi perpendique volumus, quod in iis libris, in quibus cordatussumus Oratorum, Cicero, de Divinationibus egit. vid. lib. 2. scriptum atque assertum est: *Non superstitione tollenda, tollitur religio.* Itanec abiicienda credulitate, protinus abiicitur fides, aut ei congrua verisimilitudo. Credulitatem enim detegere, impugnare ac proscribere; ex diverso ingenuam fidem eique convenientem siue certitudinem siue verisimilitudinem propugnare, unicum mihi propositum est animi & perseverat.

§. III.

Antequam vero ad naturam credulitatis proprius accedamus, paucis attingendæ sunt classes morborum humani intellectus, in quas pro re nata redigi possunt. Etenim, quod

EJUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

quod sciamus, nemo haec tenus in Logicis præceptionibus justo ordine eos digessit: licet D. Beermann laudem hanc quoque mereri videatur, cum in *Lin. Doctr. Mor. cap. IV. §. I. & in Consp. Moral. cap. IV.* de morbis intellectus hoc modo quedam prescriperit; nihilominus quia in Philosophia moralis, voluntatis vires pravosque affectus tradente, mentem suam expreßerit, non in confusionis modo incidit periculum, sed & *πενιάσσων οὐς ἀλλογένος* committit. Fines itaque artium regenti non ad aliam, quam ad Logicam istae claves referuntur loco fundamenti subiectis, cum causis, tum nocendi modo, illos morbos inter se discernente. Sic dantur, qui facultatem cognoscendi impediunt vel ob naturæ defecitum, ut stupiditas, vel propter malitiae occasionem, uti stultitia, vel ob sanguinis stagnationem in cerebro, quæ distentis arteriæ circulationem ejus violento nisu provocat, & ita majori æstu inducto, actiones tam mentis, quam corporis præcipitat, unde nascitur infania. Deinde sunt etiam morbi, qui cognoscendi æcum tollunt, ut ignorantia, vel eum pervertunt, quod error efficit, vel diminuunt, uti credulitas, suspicio, inadvertentia, dubitatio, curiositas ac plures alii, quibuscum intellectus humanus mirum in modum conficitur.

§. IV.

Sicut nulla vox est, quin ambiguum sensum habere possit, ita is quoque occurrit in credulitate. Duplici enim modo haec accipitur: uno pro credendi facilitate, eorum propria, qui vel ex simplicitate, vel ex superstitione, vel bona mente, hominibus sine discrimine assentiuntur. Inde Plancus Ciceroni scribit in *Lib. Famil. Epist. XXIII.* credulitas error est magis, quam culpa: & quidem in optimi cuiusque mentem facilime irrepit. Quo vero pacto, nihil obstante bona mente, irrepatur credulitas, paullo inferius hoc Cap. § VII. ostendimus. Neque alio sensu Cicero in *Lib. XV. ad Attic. Epist. XVI.* dixit: me libenter præbeo credulam. Et Ulpianus in *L. I. §. 2.* D. De eo, per quem fact. &c. credulum hoc

8 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

hoc sensu reprehendit, qui in ius vocatur, ob triste, quod ei nunciatum fuit, emansit. Altero sensu credulitas notat a-sensum ex coniecturis procedentem, adeoque eius in iure usus longe amplissimus est, si praeter iuramentum credulitatis expendantur negotia singula, qua ICti ad credulitatem tam proficuum, quam noxiā retulerunt, eaque cumulatiō exhibuerunt B. D. Beier in *Disp. de credulitate & D. Willenberg de iure credulitatis.* In præsenti prior significatio ad disceptationem nostram pertinet; posteriorem a modo laudatis viris explicatam, omittimus: atque in priori significatio vel opponitur fidei stricta dicta, vel fiducia: illo sensu est intellectus; hoc voluntatis vitium: quorum tamen illud magis, quam hoc nobis vindicasse patet *ex seq. §. V. in fin.*

§. V.

In censum ergo morborum iuxta §. III. & IV. qui intellectus deminuunt iudicandi facultatem venit credulitas, cuius natura ratioque, ambiguitate discussa, nunc explicatus tradenda. Est autem credulitas morbus aut vitium intellectus, quo iterius fidem quis immodice estimat, eique temere credit, nullis aut parum idoneis ductus motusque rationibus ac circumstantiis, quibus personæ dicentes vel agentis autoritas conciliari & opportunus assensus provocari potest. Nam credulus eius sequitur sententiam, de cuius auctoritate sibi clare ac distincte nondum constat. Igitur credulitate sua non potest non in iudicii deminutionem aut etiam corruptionem, incidere. Et sane in deminutionem iudicii quisque credulus ruit, quia temere iudicat, sufficiente non adhibito earum circumstantiarum examine, que fidem dicentes vel minuere, vel penitus destruere valent. Quid autem imprudentius est, quam illi adsentiri, de quo nulla ratione certa constat, ab eo verum dici? Adeoque hinc liquet, intellectus iudicium suam trahere corruptionem, quoties vel alterius errorem, vel minimum errandi periculum, temere credendo in se recipit. Fluctus itaque in simulo movet

Autor

EIUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

Autor *Art. Cogit. P. IV. c. I. p. 304.* eumque secutus *B. Rottenbeccius in Logic. Vet. & Nov. P. IV. c. XIII. n. 2412.* (a) *in fin.* qui inter falso & erroneum iudicium, ac inter temerarium distinguit. Quamvis enim non omne iudicium temerarium protinus falso sit atque erroneum, cum casu quoque verum attingere possit; nihilominus, vitio atque errore in modo iudicandi ad parente, prout perverse ac circa necessariam deliberationem iudicat, & iudicantem hoc facto manifesto erroris periculo exponit, cum falso ac erro neo iudicio ei convenit. Atque in eo humano intellectui maxime nocet credulitas, quod illum reddit precipitem, bonoque animo, de quo mox pluribus differemus, vel aliorum errorem admittit, vel in proprio subsistit. Quare credulitas dum intellectum hominis ad temerarium disponit iudicium, eodem pene modo ad erroneum perducit. Neque porro obstat dictis nostris, quod aliquibus credulitas magis voluntatis, quam intellectus vitium esse videatur, utpote scultam in se continens fiduciam, ex irrationali amore ortam. Verum in praesenti credulitatem in oppositione non ad fiduciam, sed ad fidem stricte dictam expendimus *b. cap. §. XIII. XIV.* quae uti fatentibus his, qui ea in parte dissentunt, affectio intellectus est, non voluntatis, ideoque, oppositorum ratione permittente, credulitatem per vitium intellectus describere licuit, salva adhuc origine sua, quam a voluntate trahit, de qua *cap. II.* agemus.

§. VI.

Credulitatem vero ob vitandum aliorum dissensum definitivimus & morbum & vitium: quorum ille in actu; hoc in habitu corruptit intellectum. Morbus namque temporalis quedam imbecillitas est, uti patet pueros a teneris credulos esse; at vitium perpetuum intellectus malum ac impedimentum sistit, quod in fatuis credulis aliisque dolemus *Gellius in N. A. L. III. cap. II. inf.* In quibus vitium credulitatis ingenitum, atque cum ipsa velut mente ortum, eique multo pertinacius inharrere videtur: morbo eius in aliis su-

B

per-

10 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

perveniente ac faciliorem emendationem admittente. Sed quoniam tanti momenti haec differentiae a nobis minime aestimantur, cum quoquam de illis certare nolumus, modo e singulis saltim concedatur, credulitatis habitum, quod ad eventum damni attinet, non peiorum eius actu esse, cum hoc in eventum credulitis noxiis & periculosum semper erumpente, habitus saepius ab eo cessare soleat, nec noceat, nisi novo actu intetveniente. Ex quibus liquet, utcumque speciatam credulitatem non levem intellectus humani imbecillitatem esse, quia proprietate perceptionis ac rationis usum vel plane excludit, vel valde debilem relinquit, quorum utrumque in vitio ponitur. Deinde alienam fidem ob nullam, aut levissimam causam, credulitatem sequitur sive ex ignorantia, sive ex viribus percipiendi, examinandi atque discernendi parcit, sive ex precipitania, antequam dicentis conditionem, intentionem, aliasque tam huius, quam rei ipius, circumstantias satis exploravit, iudicat. Cum vero non oporteat homines, ita negligere intellectum suum, ut, omisso penitus rerum examine, levissima verosimilitudine in omnibus ad credendum commoveantur, inde credulitatis morbus illis obrepit. Denique credulitas ignorantia matre, & obstetricie inexpientia nascitur, que intellectui mortalium familiares ac universales quedam sunt imbecillitates, adeoque a se productam credulitatem in morborum intellectualium censem redigunt.

§. VII.

Ex quibus manifestum porro est, nihil causa habuisse D. Beccmannum in *Lin. Dog. Moral. cap. IV. §. XIX.* cur dubitaret, credulitatem intellectus humani morbis ac vitiis ad numerare. Neque id rationes evincunt, quas pro sententia sua undique conquisivit. Principio enim urget, credulitatem versari potissimum in parte meliore. Equidem hoc evenire, non negamus, in credulitatem, sed eo modo accipiendo erit, quo ipse D. Beccmann docuit ac statuit in *Consped. cap. IV. p. 42.* bono animo errare hereticos: quorum tamen haec

refin

EIUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

res in propterea errorum numero non exemit. In primis si expendamus, quod in comparatione credulitatis ac suspicionis desudans, pene sui oblitus adseruerit, illam esse hac deteriorem. Iccirco non alia ratione versatur in parte meliore, atque ea, qua opposita suspicio in partem deteriorem propendet, ut nempe utraque imbecillitas intellectus sit, obiecto distincta. Manet ergo credulitas intellectus humani morsus ac vitium, licet haec circumstantia, quod in parte meliore versetur, aliquem boni colorem circumfundere videatur, quem tamen vel stulta animi simplicitas, vel nimia præcipitantia, a qua maxime procedit, diluit satis atque in ipsa applicatione pervertit, uti dictum est §. V. In dicto §. IV. ubi credulitatem magis errorem, quam culpam esse tradidimus. Neque ulla ex parte D. Beccmanni iuvat instantis, quam ex dicto S. Pauli. Cor. XIII, 7. petiit, charitatem credere omnia. Nam ipse etiam suppeditavit distinctionem l. c. quæ refutationi inferire potest, inter simplicitatem columbinam & stultam: quarum illa animi integritatem præsupponit, atque ex sufficiente ratione credit, qua prudenter virtus est; haec sine idonea causa, quidquid occurrit, cœca fide recipit, ac proinde credulis vitio vertitur. Quo discrimine probe observato, in prout erit ad alterum D. Beccmanni argumentum responsio, quo putat credulitatem non adeo vitium fore, quam gradum quendam fidei eminentiorem. Quis enim unquam fando audivit, avaritiam non adeo vitium esse, quam gradum quendam parsimonie eminentiorem. Nomina rebus suis coaveniant, etiamsi sub boni specie homines vitia sua tegere & occultare gestiant, de quibus Seneca consulendus est Ep. XLIV. & CXX. Et Philosophi omnes in eo consentiunt, infimum esse verosimilitudinis gradum, nisi aliena narratione, ubi sola haec occurrit credendi ratio. Tantum igitur abest, ut eminentiorem fidei quendam gradum invenire liceat, ut contra fidei abusus deprehendatur, quoties quis fidem dicentis plane non habet suspectam, eique immode dicte adsentitur, quia vel ob i-

12 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

gnaviam, aut præcipitantiam, circumstantias, dicentis fidem conciliantes, aut possibilem facti eventum monstrantes, examinare non vult, vel ob ignorantiam ac imprudentiam non potest. Frustra quoque tribuitur a Beomanno peccatum credulitatis Prophetæ, a Leone discepto I. Reg. XIII. præfertim, cum ipso ingenuo fatente, potuisse ac debuisset intellectu suo falsitatem dictorum alterius Prophetæ assequi. Quantum vero fides a credulitate distet, mox pluribus ostendemus §. XIV.

Cum itaque in fide alterius estimanda unice offendat credulitas, hic dispiciendum erit, quid aliorum assertionebus ac inventioibus fidem conciliare possit. Aliena enim sepius fide niti, necesse habemus, cum non omnes res, quarum tamen interest nostra in vita humana, propria sensuam observatione ac rationis investigatione cognosci atque perspici possint. Immo frequentes incident occasiones, quibus necessitate compellente, eos consulere ac fidem iis prebere tenemur; quos præ ceteris & sinceros & habiles iudicamus. Ut in arduis negotiis aliorum sive consilium sive auxilium unusquisque nostrum expectat atque exoptat, itemque in morbum gravem impliciti Medicorum fidei suam committunt valetudinem. Quæcum ita se habeant, hominis fides est explicanda, ac certæ conditiones designandæ, quibus ille noscitur, cuius estimatur fides dignaque censetur, cui intellectus ad sensu suo adhæreat. Ex parte autem intellectus requiritur notitia, ut possit, & ex parte voluntatis bona intentio, ut velit verum dicere: seu, quod eodem recedit, ut habilitas dicenti insit & sinceritas: illa efficit, ne credendo quis decipiatur; hæc, ne credentem alter decipiat. Quæ conditiones arcto nexu inter se coherent, neque ultra inter illas separatio admittenda est: deficiente enim una ex illis, fidem assensu nostro dignam, sine periculo deceptione estimare non possumus. Quid iuvat rem cognitam habere, si non propositum adsit, verum dicendi id quod vel utili-

tilitas propria adserentis, vel metus poenæ, vel alia quædam circumstantia intercipit? Quid etiam prodest animum habere veri cupidum, si vires sive sensus sive intellectus desint, quæ ad perpendendam & explorandam veritatem exiguntur? Ad duo hæc capita, scilicet habilitatem seu notitiam, ac sinceritatem, ex bona intentione pendente, conditiones eius, qui fidem exigit, relatas invenimus apud Crusazium Gallum, scriptorem recentissimum, in *Systemate Reflexionum*, seu in *novo Tentamine Logice*, Gallico idiomate conscripto Tom. II. cap. IV. §. V. Ubi plura, eaque præclara, de his, quæ aliorum fidei aestimationem conciliare solent, tradidit ac præcepit. E quibus patet, credulum non in eo peccare, quod hominis fidem aestimat, sed quod conditiones eius hominis, cui fideliter videtur, atque attendat, adeoque immodecum alienam fidem aestimasse videtur. Etsi enim alterius auctoritate nititur fides; propterea tamen non omni probandi ratione desstituitur, ceteroquin fides nostra potius præiudicium esset auctoritatis, quam iudicium. Hinc probationem a conditionibus testis, circumstantiis negotii ac eventus admittit, & ubique cum auctoritate dicentis coniungit, quarum illa omnino hanc temperare debet, ne in fide cœcus plane sit assensus, qui credulitatem ipsam constituit.

§. IX.

Varii autem modis committi credulitatem, ex dictis colligere licet. Nempe si quis ignoto credat, licet illud, quod enarrat, nec secundum eventum, nec secundum alias circumstantias, incredibile sit: cum tamen de priore conditione e. g. de notitia ac habilitate eius, nondum satis constet, an sit fide dignus, eaque rerum experimenta viderit, aut fecerit, quæ ipse iactat, non toleranda erit credulitas dictis eius assentiri. Hac ratione rude vulgus credit novo rumor, in cuius verosimilitudinem non inquirit, nec rationem habet eius auctoris, a quo rumor ille ortus est: ut mobile ac servile; ita credulum plane eius ingenium est, prout non

141 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

Nepos modo in *Timotheo cap. III. n. V.* sed & Livius in *Lib. XIV. cap. XV.* mores vulgi describunt. Neque minorem culpam incurunt, qui leviter noto credunt, etiam si inter alios sibi notiores haut exiguae sit auctoritatis, quia ad imputandam alicui credulitatem sufficit, quod credens adhuc ignorat, an ex merito, eisque conditionibus, quas §. VIII. delineavimus, tantam auctoritatem naeclusit. Quam ob causam, quae inter convivia fides & amicitia contracta esse videatur, mera & precaria est credulitas. Cuius argumentum præbent, qui aliquid sub fide silentii alteri concredunt. Et enim quo cum isti homines agunt aut verus, aut simulatus est amicus: Si prior, hac admonitione eius fidei derogant; si posterior, fidem suam periculo exponunt: illic sine necessitate imponitur silentium; hic sine utilitate cautio adhibetur. Adeoque tales creduli divulgationis autores sunt, modo divulgandi saltim variante. Credulum quoque intellectum de fe produnt, qui, neglectis veris circumstantiis, eas pluri faciunt, quae minus verosimile, quam has, quae magis verosimile faciunt aliquod dictum, factum aut inventum. Non ignoramus, quod ex parte intellectus adserenti ad conciliandam fidem notitiae & sagacitas sit necessaria, quae tamen fraudis occasio esse potest, nisi a bone ac emendata voluntatis intentione regatur. vid. seqv. §. X. XI. & cum ea arctissime coniungatur l.c. §. VII. Satis igitur credulitatem contrahunt, qui non diuidunt modo dictas testis conditiones internas, sed & externas illis præferunt, in estimanda hominis fide. Ita de divitiis lo, Clericus in *P. II. Log. cap. VIII. §. 8.* commemorat, illas homini diviti, plus fidei conferre, quantumvis animi dotibus destituto, atque pauperi, quod cum peritioribus rerum ipsum versari, non æque pauperem, credibile sit. Enimvero si consideremus, stultitiam pati opes, neque earum defectum ulli detrahere sive bonam intentionem, sive rerum notitiam, utpote veras ac internas testis habiles conditiones, ideoque Clerico adstipulari nolumus. Et quamvis largiamur, divitem versari cum peritioribus: quo mi-

EUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

15

minus tamen has, testi necessarias semper, adsequatur conditio-
nes, & studium commodi proprii, & Clerico additus inge-
nii dotium defectus impeditre potest. Ne dicamus pauper-
tatem, quæ calamitatis species est, virtutis iuxta ac veritatis
occasione fore. Pulchre sententiam nostram confirmat
de divitiis, in teste minus attendendis. Cicero in Topic. cap.
XIX. *Ei ingeniosos, & opulentos, & etatis spatio proba-
tos, dignus quibus credatur, putant; non recte fortasse, sed vul-
gi opinio mutari vix possit, ad eamque omnia dirigunt, & qui
iudicant, & qui existimant. Quisquis ergo opes alterius in aesti-
manda fide tantum sequitur, ille non potest non credulus fieri.
Ceterum his accedunt illi, qui laudanti facta & artes suas,
proximi autem vita negotia & studia parvi pendent, tanto-
pere eredunt, ut attendere non valeant amplius ad intentio-
nem laudantis eo directam, ut auctoritas sua crescat, alteri-
us vero decrescat, accidente contemtu. Sed illis in memo-
riam revocandum est, quod Imperator Gordianus consulenti
Pomponio respondit in L. 10. C. Locar. *Viam veritatis i-
gnorans:* & expectandus est eventus, donec inscitia semeti-
plam prodat ac pudefiat. In primis enim credulum reddit,
quoties ad testimonii eventum non respicit, cum huius suc-
cessu sepe illud careat, & gloriabundus promissor plerunque
in novis rerum inventionibus hiantes deludat. Quem cre-
dulitatis modum pluribus exemplis atque experimentis, quæ
credulos decepterunt, illustrare possemus, nisi in historia nobis
fessus sit D. Jo. Joachimus Becher in elegantissimo opusculo, cui
titulus est prefixus: *Narrative Weisheit.**

S. X.

Atque hæc dicta lucem affundunt divisioni credulitatis,
quæ uno oppositorum alterius iuvante cognitionem, a fide
alias petenda est. Credulitas ergo, vel in rebus seu universalis-
bus, vel in factis, seu singularibus, deprehenditur: Quarum
hæc historica dici potest; illa pro disciplinaru varietate aliud
nomen sortiente. In his autem utrique convenit credulitati,
quod nimis aestimet dicens & agentis fidem, non simul at-
ten-

gentis

16 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

tenta rerum natura, ordine atque eventu. Discrepat tamen, quod historica credulitas versatur, ceu monitum, circa singularia; altera, quae in singulis artibus occurrit, circa universalia: haec circa res omnes; illa circa actiones, potissimum hominis, comittitur: haec voluntarias & que ac invitata hominum actiones; illa vanas hominum cogitationes ac inventiones cæca fide recipit. Unde datur credulitas Logica, quæ in prægusto terminorum scholasticorum, otiosis tot figuris syllogismorum aliquique non tam emendandi, quam pervertendi intellectus humani mediis occupata est. *Vid. hoc cap. §. I. & D. Præses in Diss. de Logica non otiosa.* Credulitas Ethica sequitur, eorum propria, qui rebus moralibus certitudinem omnem denegant, siveque inde negligentie excusationem repetunt, in quos gravissime invehitur Pufendorfius de J. N. & G. Lib. I. cap. II. §. I. & D. Præses in Diss. de otiosa morum scientia. Idem iudicium de Politica credulitate ferendum est, qua exempla regulis, aut regulas opponit exemplis, nec quidquam in vita humana certum relinquit, sed a quorundam hominum opinione deducit. D. Conringius in Lib. de Prudentia civili cap. I. & II. Physicam credulitatem illi invexerunt, qui vel sensum a ratione, vel rationem a sensu, & ab utroque cognoscendi principio experientiam tam naturalem & quotidianam, quam artificialem separaverunt. In primis Physicam credulitatem promovit nimia Aristotelis veneratio, qui tamen in Physica sua, singulari stratagemate usus est, cum se in generalibus contineret, & hanc quidem ob causam, ut nusquam non haberet, quo prehensus elabi posset, vid. D. Valentin in Dissert. Medico-Physic. Epistol. I de natura & essentia naturæ in pr. Et Metaphysicam credulitatem addere par est, autoritate quoque Aristotelis, in Peripateticorum & Pontificorum scholis in tyrannidem conversa, evenit, ut haec in terminis rerum inanibus occupata esset, quos ad spirituum, ipsiusque DEi natum ac perfectiones eorum interpretes applicando, nihil obtinerunt amplius, quam ut ignorantiam ac ignaviam suam ejus.

EIUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

17

eiusmodi involucris tegerent, novumque conviciandi modum his præberent, qui ægris oculis Philosophiam adspiciunt. Neque Mathematicam negamus credulitatem, quam vel Astrologia iudicaria eique adfines artes iuvare videntur. Longe minus de Medica credulitate dubitamus, sive inter eos, qui artem medendi simulant, sive penes hos, qui ab illorum consiliis auxiliis pendent, offenditur. Exemplum eius præstat Antonius Musa, Medicus, qui cum Augustum frigidis potionibus curasset, & ob id egregium honorarium reportasset, credulitate inductus, iisdem Marcello mederi cupivit, quem tamen extinxit, teste Dione Casio lib. 83. Omnia autem communissima est ac frequentissima iuridica crudelitas, qua plures opinionem aliquam non iuris ratione, sed auctoritate & numero doctorum metiuntur. Inde septem Doctores facere in foro communem opinionem, testatur Berlichius in P. III. D. CCCIX. n. 73. 74. At hisce credulis oppono egregium Senecæ dictum in Lib. IV. de Benef. cap. V. *Istud video in foro fieri s' quid in vestra schola iuris sit, vos scriatis.* Denique cunctis, multo nocentiorem esse, arbitramur, Theologicam credulitatem, apud eos continentem, qui per fictas revelationes suscepunt religionis propagationem, eamque viris Theologis excutiendam castigandamque relinquimus, ut speciali dissertatione id præstirit B. D. Baierus de *Propagatione religionis per revelationes fictas.* Ecquis vellet omnium narrare credulitatem? Tot eius sunt species, quot hominum status. Nos saltim eas collegimus, quas pro instituti ratione putavimus sufficere. Credulitas enim nascitur in familiis, in scholis nutritur, in foris ac curiis exerceatur, conservatur in templis, in aulis sovetur, et tumultis excitatur: Iccirco credulitas erit, donec homines.

§. XI.

Quamquam, quæ per fictas revelationes cœpit credulitas, nostram non facimus; nihilominus, quam piæ fraudes mediorum sæculorum populo instillaverunt, silentio præter-

C

18 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

tervehere non licet. Fraudibus namque illis Pontificii sub religionis quadam specie usi fuerunt, tum ad instituendam Rempublicam, tum ad suscipienda bella sedandasque seditiones ac tumultus, tum ad Laicorum animos in vanum timorem coniicendos. De quibus pro more suo prolixo disseruit D. Beermann in *Diss. de Turbamentis vulgi cap. X.* §. 4. Adeo principium illud de bona intentione, de piisque, quas vocant, fraudibus utendis ad fidem religioni faciendam ac corroborandam, Pontificiorum animis inhæsit. Ut proinde oracula paganorum sine discriminè operationi dæmonis ab illis adscripta fuerint: cum tamen confictis sacerdotum dolis pleraque attribuenda esent, quod optimis rationibus evitatum ivit Antonius van Dale in *libr. de Oraculis Ethnorum.* Certe indignus est fidem comparandi modus per piis fraudes, ac periculosis etiam, præfertim apud eos, qui omni tempore solidas perquirunt investigantque rationes; per falsas autem cum delusos se videant, credulos habent eius religionis focios, ac paullo post divinas veritates non tanta recipiunt veneratione, quantam earum dignitas ac præstantia postulat, sed ab uno extremo in alterum incident, nempe, eiurata credulitate, perveniunt ad incredulitatem, vid. *infr. b. cap. §. ult.* Gravissima sunt verba Augusti Thuani *Hijß. L. c. ad A. MDXC.* quibus hanc de piis fraudibus sententiam, unde credulitas dependet, egregie confirmat: *Multa, inquit, huiusmodi absurdæ & veritati historiæ repugnantia a deoouis & religiosis excitande in simplicium animis devotioni olim excogitata, seu credita: At vero hodie discussis ignorantie tenebris per ingeniorum & literarum claritatem quando lux veritati afflxit, incerta pro veris tradi, & accedente Pontificis auctoritate, in Ecclesiam invehi ad iuvandam religionis causam, nunquam conducibile.*

§. XII.

Quid de illis dicemus, qui veritatem teatam volunt, ac penes quos crimini datur eamdem detegere, parum perpen-

EJUSQUE CUM A VIRTUTIBUS, &c.

19

pendentes, quod suos ad credulitatem ita ducant. Sic nostra etate fuerunt in Anglicana Ecclesia, quibus, celare veritatem, eiusque propalatores ac detectores odio prosequi, atque id ipsum ut crimen illis exprobrare, in more ponitur. Quorum exempla exhibit Jacobus Tollandus in *Diss. de Libertate cogitandi*, qui liber anglico primum editus est sermone, at paulo post in usitatiorem eumque Gallicum translatum, eodem anno, quo haec scribuntur, lucem publicam adspexit. Ibi de Wackio, doctore Theologo eiusdem nationis, refert Tollandus c. p. 122. ei vitio tribuisse doctorem Atterbury, quod veram de Principum potestate super synodos sententiana non retexerit modo, sed & strenue defenderit. Quamvis, dicit Atterbury, verum hoc sit, non tamen convenire, ut Wackius detegat, afferat, propugnetque, inimicis religionis ac sacerdorum id esse relinquendum. Aliud sit idem Tollandus l. c. exemplum de Crainmero, insigni viro Theologo, cui probro datum, quod potestatem sacerdotum in dimittendis ac retinendis peccatis restringeret, aliove sensu, atque eo, qui receptus esset in Ecclesia Anglicana declararet. Sed altioris haec sunt indaginis, nec adducuntur, nisi illustrandi gratia, ut adpareat, in manifestum credulitatis periculum coniicere sectatores suos, qui veritatem occultare, eisque iudicandi libertatem adimere fata-
gunt.

§. XIII.

Ex dictis itaque perspicuum est, a virtutibus intellegi qualibus, quarum speciem mentitur, credulitatem multum differre. Ante omnia vero discernenda est a fide, quae oculata, cum cæca sit credulitas. Utraque quidem nititur testimonio, & utitur iudicio: sed discrimine hoc intercedente. Fides testimonium admittit vel certum, vel magis probabile; at credulitas contenta est testimonio incerto ac minus probabili. Nam in teste, fidem faciente, conditiones §. VII. requisita attenduntur, ut habeat notitiam rei, de qua restatur, & bona sit intentione, vel saltim in praesentibus cir-

C 2

cum-

20 CAP. I. DE NATURA CREDULITATIS

cumstantiis nihil ipsum inducere posse, propter quas fallere velit. Thomas Goveanus in *Art. sciend. Proth. cap. V.* §. 6. E contrario in teste, ad credulitatem movente, vel ambæ conditiones istæ deficiunt, vel divisæ sunt, vel credulo adhuc ignotæ sunt. Unde iudicium, quod fides continet, deliberatum est, quod credulitas in se includit, temerarium existit §. III. Neque minor est differentia ab opinione, quarum hæc verisimilitudinem rationis exigit, quam negligit credulitas, auctoritate dicentis fascinante: ac proinde credulitate in partem meliorem rapiente omnia; formido tamen remanet oppositi, quam opinio comprehendit. Hinc credulitas non est opinio, licet ad communem opinionem viam sternat, ut dicemus c. III. §. III. Tandem cum captivatione rationis non permiscenda est credulitas: quarum hæc ob negligentiam, de qua supra §. VII. actum, iudicare non vult; illa ob impotentiam sive naturalem, in mysteriis, sive moralem, in arcana status iudicare nec potest, nec debet. Nam quotusquisque rationem suam captivat, hoc ipso candide fatetur, se iudicare non posse, cum sublimitate rerum divinarum, tum profunditate arcanorum status eum impediens atque avocante, presertim quod subditus imperii non censor sed minister, est. Seneca *Lib. III. Controv. IX.* Verum credulus, insuper habita rerum conditione, iudicare se velle negat, nisi alterius auctoritate opem ferente: ideoque intempestivus quidem aliorum censor non facile evadit credulus; parum tamen aptus minister semper existit, cum rationem recte obediendi ignoret.

§. XIV.

Ad vitia quoque progrediendum est, quæ magnam cum credulitate in eo cognitionem habent, quod intellectus diminuunt iudicium, vid. §. III. quo tamen minus obstante, haut exigua singulorum a credulitate remanet differentia. In primis vero credulitas discrepat a suspicione, quod hæc magis cordis, illa cerebri defectus sit, locumve reperiat etiam in fortissimis animis, iudice Verulamio *Fid. Serm. XXXI.* Et

Et ubi credulitas in partem meliorem cuncta capit per prec.
 §. XIII. ibi suspicio in partem deteriorem propendet, adeo-
 que illi in defectu opponitur vid. supra §. VII. Opportune
 igitur dixit Seneca in Lib. II. de ira cap. XXIV. Nihil, nisi quod
*in oculos incurret, manifestumque erit, credamus: Et quo-
 es suspicio nostra vana adparuerit obturgenus credulitatem.*
 Deinde ab incredulitate valde distincta est, utpote qui hac
 laborant, in alterum incident extremum, ut super. §. XI. di-
 ctum, cum credulitatem effugere volentes, magni ingenii
 esse putant, si nihil credant: et si utrumque vitium, & omni-
 bus credere & nulli. Plures mortalium exemplo esse pos-
 sunt, qui deserta credulitate, ad quam superstitione Iuda-
 ica Pontificia aut Pafana invitante deducuntur, haut
 raro proni ruunt in incredulitatem. Discriumen autem in-
 ter credulitatem & incredulitatem clarius proponi potest,
 si dicamus: quod illa assumat talia, que vel non possunt,
 vel non debent credi; haec cuncta ex pervieacia quadam
 reiiciat, quae credenda erant: illa ex statu simulationis aut
 simplicitatis; haec ex statu securitatis erumpit. Ideoque
 Deum nunquam edidisse miracula ad convicendos atheos,
 tradit Verulamius in Fid. Serm. XVI. tam quod opera eius
 ordinaria huic rei sufficient, tum quod athei pro incredu-
 litate sua illa non recipiunt, sed contemnunt. Quamquam
 negare nolumus pari, si non ceteris meliore opera idem
 argumentum traetavisse in Ienensi Academia B. D. Museum
 Theologum ac Philosophum accuratissimum in libro *de*
Libertate Philosophandi & in alio *Tr. in der Ablehnung von*
der gewissen Seße. Nihilominus qui naturam incredu-
 litatis, causas, quae illam parciunt, & quae remedia ei adhiben-
 da, cognoscere cupit, ille adeat Jo. Clericum, qui singula-
 ri libro *de incredulitate*, Gallico idiomate consignato, id ex-
 imie perfecit. Porro credulitas etiam a precipitania & in-
 advertentia differt, ut effectus a causa sua, de qua partim
 supra §. VII. partim infra cap. II. paullo adcuratius disseri-
 mus. Neque omittenda est differentia, quae credulitati-

22 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

convenit intuitu curiositatis, cum hæc aliena curet suaque negligat, inde vel facit, vel credulos invenit. Inter artium interpres maxime offenditur, æque ac horum discipulos, qui contenti sunt, si quid novi, licet non veri, percepérunt. Non enim doctus, sed saltim curiosus ille est, qui plus docet, quam scit: unde & error in doctore, & credulitas in discípulo. Et quia præter recentiores philosophos, quos instituti ratio adducere non permittit, de curiositate præclara commentatus est Plutarchus integris libellis *πολυπαγμοσύνης*, καὶ περὶ περιεργας egregium quoque exemplum suppeditante A. Gelio in N. A. Lib. I. cap. II. in iuvene iactabundo & curioso, argumento huic non immorramur; Denique credulitatem a dubitatione secernere par est, quæ suspendit iudicium; quod illa præcipitat: immo credulo prestat in sententia manere, cui error adiunctus est, quem dubitans pro viribus suis declinare conatur. Postremo ab imprudentia distinguenda est credulitas, quarum illa vel hanc præcedit, vel sequitur: præcedit in favo; sequitur in adulatore.

CAP. II.
DE
CAUSIS CREDULITATIS.

SUMMA.

Connexio una cum distinctione inter causam & occasionem credulitatis. §. I.

De generali credulitatis causa, falsa, nempe ex mente ethnicorum est materiæ. Seu ipsum corpus hominis; vera, ex sententia Christianorum, connata omnibus hominibus corruptio: prior errore & contradictione convincitur; posterior recipitur cum illustratione

exempli de Proteplastis, tamquam primis credulis. §. II.

Finitam hominis naturam, qua talem non esse causam credulitatis contra Kingium demonstratur, adiecta falsa eius hypothesei de originali imperfectione, quæ sub examen vocatur. §. III.

Ad speciales credulitatis causas fit progressus una cum illarum distinctione. §. IV.

De

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

23

De Parentum educatione, ut credulitatis causa, quam exemplo & preceptis instituunt. Circa exemplum obseruatorum praejudicium vanæ imitationis. Nominatum de Parentum indulgentia, equa ac severitate nimis ostenditur, quod credulos reddat liberos. In preceptis reiiciuntur (a) Fabule. Quarum causæ refutatur Edmundus Richerius. Periculum a fabulis indicatur. (b) prælatio disciplinarum verbalium præ realibus (c) præposterior in studiis, cuius intuitu testimonium Richerii adductum est. §. V.

De conversatione, quam credulitatis cauam esse probatur, si suscipiatur (1) cum callidis, ubi ratio & duplex adserit exemplum: unum a matre Neronis; alterum a servo in rem Domini contracturo. (2) cum credulis, rursus ratione probatur, Aceroniam exemplo confirmatur, & testimonio Seneca illustratur. §. VI.

De voluntate credulitatis causa cum quoad propensiones, tum quoad affectus. Nominatum de voluntate hoc demonstratur (a) ex intemperitia benevolentia (b) ex otio, necessarium circumstantiarum examen excludente. Voluptuosorum credulitas ad res prosperas restringitur. Eventus in Republica litteraria. Exemplum de Petro Abalardo. §. VII.

Avaritiam credulitatis causam esse probatur, exhibita tamen restituzione ad res adveretas. Et quidem (a) ex nimia animi sollicitudine, (b) ex imprudentia & negligentiâ

circa media (c) ex dissidentia erga proprias vires aliorumque consilia, Iulius Cæsar laudatur. Obiectio a diligentia avarorum soluitur. §. VIII.

Affectus producere credulitatem ostenditur (1) ex bono maloque a parente, quod prosequuntur (2) ex modo & gradu eorum (3) ex inductione. Nempe de amore tam sui, quam aliorum credulos reddente. Modus educationis exprimitur. De in agitur de spe, eaque vana, cuius effectus est credulitas. Illustratur Ludouici Viius sententia. Porro de gaudio, credulos efficiens, una cum remissione ad similes affectus de rebus gratis. De metu credulitatem producentes, additæ obiectio, que soluitur. Denique inuidie fieri mentio, ac modus indicatur, quo credulos facit. Idem iudicium de ira & tristitia. Verulamii de hoc argumento laudatur testimonium, §. IX.

In intellectu & sedem esse & causam credulitatis demonstratur ab excessu (1) imaginationis. Qua occasione dubium Joh. Baptiste du Hamel solvit duplice distinctione: una a modo; altera ab obiecto imaginationis petita. (2) memorie, que diminuendo iudicium disponit ad credulitatem. §. X.

Praeindicia producere credulitatem probatur ex praetudicio (1) autoritatis, cuius occasio cum antiquitas, tum novitas rei esse solet: quarum tamen illa est hac potentior. (2) cœca obedientiae, quam vitium modo doctorum pro im-

perio

24 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS

perio artes proponentium, modo discipularum, profectus suos negligentium accedente demissio horum, ingenio elicit. Illustratur iudicio Calauboni. (3) præcipitante, quæ credulos reddit a) per fallacias falsæ cause. Notatur exemplum Boleslai Calui Regis, b) per insufficienes industiones. Experiens minus peritum & malorum hominum reprehenditur, c) per æquivocationem, quæ exemplo Crœsi Lydorum Regis declaratur. § XI.

Præoccupatio obiectionis, attemperamento petite, & per distinctionem inter principium ac instrumentum mali soluta. Belius notatur. De temperamento ut credulitatis causa agitur, habita relatione (1) ad sanguineum quod vitii huius causam esse probatur ex qualitate tum admixtarum partium sanguini, tum ipsius morus exinde provenientis. Dubium (a) de otio sanguineorum soluitur partim distinctione inter crassum & liberale, partim instantia a formicis deponita. (b) de illorum ingenio, remouet distincione inter rerum inventionem & earum adlicationem. (2) ad melancholicum, præmissa comparatione, & addita restrictione credulitatis in melancholicis ad mala. Rationes probandi sumuntur rursus tam a qualitate partium sanguini mixtarum, quam a modo movendi. Dubium de melancholicorum constantia dissipatur. Exempla credulorum ex profundiori melancholia recessentur, inserto de illis iudicio. § XII.

Occasus credulitatis est status hominis, qui distinguitur in naturalem & adventitium: ad illum referatur (a) sexus, qui ad credulitatem impellit non tam vi temperamenti, quam ex neglegto educationis. Quo nomine Huarts refutatur. Deformibus magis credulas esse venustas demonstratur, indeque ortum seductionis periculum eruitur. § XIII.

(b) Ætatem esse credulitatis occasio- nem probatur ex ingenio, obie- cto, & temperamento puerorum atque adolescentium. Soluitur obiectione. In primis præiudicium auctoritatis, credulos reddere adolescetes evincitur. Huius intu- itu dubium ex Geulingio adfertur eique respondetur. Quo sanfu Kinder die Wahrheit reben de- claratur. § XIV.

E statu adventitio plebi tribuitur credulitas (1) propter demissum ingenium (2) ex veneratione traditionum, (3) ex neglegto vero rerum discrimine. Illustratur exemplo de tributis, quæ plebs maiora credit, quam revera sunt. De simplici fi- de plebiorum in sacris tractatur, adhibita quadam distinctione. (4) ex prælatione testium de auditu. Schuppis de plebe iudicium com- mendatur. § XV.

De gentium credulitate profertur in- ductio, ab Egyptiis, Siculis, Græ- cis, Sinensis, Americanis, Germanis aliisque petita. Agatho- lis Regis modus eludendi mili- tum suorum credulitatem com- mendatur. Contra vero Graco- rum quorundam credulitas circa cen-

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

25

Centaurorum equites vituperatur. Occasio fabula de hippocentauris. Adversus Tribonianum eiusque factatores demonstratur stipulationem hippocentauri utilem esse non inter priuatos, sed inter Principes, iure belli tenet. Plinii ridicula narratio reicitur. Americarorum credulitas, ad eamque Columbi invitatio. Litterarum culturam liberasse Germanos a credulitate traditur. §. XVI.

De Legumlatorum invitamento ad credulitatem ex dicto cum diis commercio adducitur, variisque exemplis illustratur. Quam ob rem Diodori Siculi testimonium addictum est. §. XVII.

Credulitas et statu religionis investigatur (1) ab oraculis gentilium ac fabulis, ab eorum Poetis adhibitis. (2) a Iudeorum Thalmude (3) de Alcorano Muhammedanorum (4) a somniis quorundam christianorum repetitur, de singulis autem remissive agitur. Nominatim causa credulitatis inter Pontificios ab infallibilitate Papae & simplici fide sibi subiectorum repetitur. Gregorii M. probatio purgatorii ex adparitionibus spectrorum explosa a Melchiorre Cano, religionis socio. Concilii Tridentini decretum contra pias fraudes subiicitur. §. XIX.

Credulitas in statu scholastico prævehitur a docentibus respectu (1) materie, quando aliena, arcana & subtilia proponuntur. Notatur Philosophia iuridica, medica & simill. (2) factæ, que ad servitatem ingenii ducit. (3) methodi tam polemica, quam nimis artificiose, unde Pythagoricorum, St. icorum, Scholasticorum docendi ratio improbatur. (4) Styli, fc, inflati aut Satyrici. Mackenzei sententia de satyris & iocci docentium expenditur. §. XIX.

Argumenta discentium, examinantur, quorum (1) credulitatena discipulorum non artifcira, sed artium esse vitium. Solvitur per distinctionem hypothesis eamunque selectum. Deinde ostenditur controversia non artium esse, sed interpretum. Neque omnes, sed tantum ad preiudicium auctoritatis facientes, huc pertinere. Ciceronis testimonio confirmatur (2) Quintiliiani dictum opponitur de iudicanda improvida puerorum aetate. Refutatur adhibito fictionum discrimine. (3) quod discentem oporteat credere. Adplicatur hoc cum grano, scilicet ne conditions in docente necessarie omitrantur, & cum attentione ad profectus discentium. Ciceronis sententia concluditur, de non temere credendo. §. XX.

§. I.

Cognita credulitatis indole, perspectaque tum a virtutibus, quam a vitiis intellectualibus differentia cap. I. §. XII. XIII. & XIV. ad eius originem proprius accedimus.

D

Cu-

26 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

Cuius intuitu probe cavendum est, ne causæ, quæ credulitatem producunt, cum occasionibus, quæ ad illam invitant, aut alio modo concurrunt, a nobis confundantur. Sic artas aut sexus occasionem potius, quam causam præbere credulitati, ex eis, quæ deinceps §. XIII. & XIV. dicemus, satis adparebit.

S. II.

Evidem ea, quæ generatim atque universe de mali origine a viris doctis proferuntur, ad argumentum nostrum pertinere, non negamus; nihilominus in ista latius evagari, minime vocat, in primis cum ab aliis egregie excusâ sit, ut scrupuli vix locus relinquatur. Conf. D. Guilielmus King in *Tr. de Origine mali*, D. Paulus Antonius *Diss. de Ortu mali* D. Buddeus *de Origine mali*. Pauca saltim delibare, consultum arbitramur, ne propositi nostri faciamus iacturam. Nempe in rebus creatis, originem ut cuiusque mali, ita credulitatis quoque querendam esse, pâne inter omnes Philosophos convenient, si Manichæos excipiamus, eiusque præludentes Paganos. Alter vero Christiani, aliter pagani Philosophi de illa origine sentiunt, in applicatione occupati. Materiam hi culpant, ab illis laudatam: ac proinde errore admodum gravi, ex eoque fluente manifestissima contradictione semetiplos onerant. Nam materia pura est potentis passiva, tantum abest, ut producendis malis apta sit, nisi ab alio principio excitetur, moveatur ac instruatur, vid. Petrus Daniel Huetius in *Q. Q. Alnetam Lib. III. cap. XI.* & D. Praes in *Diss. me Respondente habita de Adscensu hominis in Deum Pythagorico p. 27. 39. 40.* Atque hinc sponte sua etiam sequitur, ut pagani Philosophi, statuendo materiam malis præbere originem, manente eodem respectu, fateri cogantur, materiam non esse materiam, quoniam agere non est materiæ. Neque ab hac contradictione eos liberat, cum animam esse partem divini spiritus, in corpus humanum mersam, statuunt. Senec. ep. LXVI. Nam solem pro DEO adovaverunt pagani tantum non omnes, ita anima hominis, tamquam

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

27

quā pars a sole, in corpus immissa, erit illa pars divini spiritus. Hinc eam a materia seu corpore corrumpi putant, quatenus hoc ex variis humoribus, quibus constat, vapores emitit, lucem istam animæ obfuscantes ac diminuentes. Rectius ergo omisisti hisce neniis cum christianis Philosophis connotatum omnibus hominibus corruptionem, qua non voluntatem modo invaserit, sed & intellectum variis replevit tam virtutis, quam ad ea pravis dispositionibus, pro generali credulitatis causa amplectendam esse, defendimus. In primis si ad historiam lapsus oculos nostros convertamus, ubi in utroque Parente longe clarissimum credulitatis exemplum offeratur. *Genes. III, 5. 6.*

S. III.

Quamvis igitur pro presente statu humana natura ad producenda intelligentia, & nominativum ad credulitatem concurrat; non tamen quatenus finita, sed quatenus post sui originem corrupta est, tales effectus edere solet. Neque hac in parte probanda est recentissimæ scriptoris Angli, Guilielmi Kingii sententia in lib. de Origine mali cap. IV. sed. VIII. §. III. perperam afferentis, Deum line vi naturæ illata non posse nos semper ab erroribus immunes praestare. Falsa enim nititur hypothesi, vir facile doctissimus, omnia scilicet creatanecessario imperfecta esse, cum a se non sint vid. l. c. cap. III. §. II. Lisitaque tota de rerum creatarum perfectione agitur, quæ exclusio defectus est in essentia. Jam vero haec perfectio spectari debuit non relative, sed absolute, quia in propria cuiusque rei creatæ essentia se fundat, secundum quam omnis res in genere suo perfecta est: si habeat singula, quæ & ad essentiam & ad modos eius necessaria sunt; licet ea, quæ alterius naturæ sunt, minime includat. Neque enim res perfecta, protinus omnimodam habet perfectiōnem, ceteroquin res illa a DEo creata esse desineret. Quare hominis natura secundum DEi perfectionem haut exigenda erit, cui finita essentia non detrahit debitam sibi perfectionem. Longe minus vero DEus humanæ naturæ vim

D 2

infe-

28 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

inferet, si eam, quatenus finita est, semper immunem ab errore, & a credulitate praestaret. Hoc enim modo non divinum, sed circumspicuum duntaxat eius intellectum reddet. Sane error & credulitas non natura sunt, sed virtutē eius. Hinc salva hominis natura, ab eo tolli possunt. Immo, quemdiu finitae naturae suae menor homo est, aet intra fines prescriptos se continet nec in errorem, nec in credulitatem irruit. Similiter ut vero eos excedit, non periculum, sed utriusque malius eventus adest. Quidquid ergo vitii sive in intellectu, sive in voluntate committitur, a corrupta, non aequa a finita hominis natura accidit. Et quæ tandem de malo imperfectio-
nis D. Kingius opponit, ita comparata sunt, ut ipsam rerum
creatarum naturam DEique intentionem impugnare vide-
antur.

§. IV.

Misericordia nunc, que circa originem malorum detinuerunt, ambagibus, ad alias, easque propiores, credulitatis humanae causas descendimus. Nevero in periculum confusione
abripiamur, ita a nobis illae distingvuntur, quod aliae in ho-
minibus credulis, ut propensio voluntatis eiusque affectus,
aliae extra eos constitutas sint, e. g. educatio.

§. V.

Primum inter credulitatis causas Parentum educationi
locum adsignamus, cum a tenera gravior aetas, a primis ultimi
anni, ut ab aurora totus dies dependet. Credulos autem red-
dunt Parentes liberos suos vel exemplis, vel praceptis: illic
in moribus & fatis noscendis; hic in artibus earumque pre-
missis comparandis. Et sane Parentes exemplo ad credulita-
tem invitant liberos suos, si quando cuivis rumori patulas
praebent aures. Tunac enim liberi ex inconsulta reverentia, qua
plurimi eorum erga Parentes affecti sunt, interveniente au-
toritatis praeditio, quo ab infancia membra imbuti, Paren-
tum dictis factisque sine ullo negotiorum discrimine adfenti-
untur, sed hic adsensus, eumque secuta imitatio vaga sat ma-
nifestum credulitatis in liberis documentum ostendit. Ne-
que

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

29

que minus Parentes sive indulgentia, sive nimia severitate sua, credulitatem liberorum adiuvant. Indulgentia namque spem vanam accedit in liberorum animis, ut minus suspectas res, actiones & fortunam suam habeant, eoqve ipso in prosperis creduli sint atqve securi. E contrario nimia Parentum severitas incutit inanem metum, quo mala trepidant, qvæ vel plane futura non sunt, vel si qvoqve talia forent, haut ægre viribus humanis superari possunt, unde in adversis creduli evadunt. Longe gravior in præceptis seductio ad credulitatem occurrit, qvoties a teneris ungaviculis fabulæ feriis negotiis, verba ipsis rebus proferuntur, multaqve præpostere cum emendandis erudiendisqve liberis insituuntur. De fabulis non est, qvod dubitemus, qvia intellectum, dum ad percipiendas ideas falsas promtum, simul etiam labilem ac credulum reddunt. Et si igitur prudentia didactica non omnes reprehendit fabulas; parcum tamen earum usum præscribit. Scilicet oblata occasione, qva veritatem aperte fateri, nec utile nec tutum reputatur. Vid. Petrus Daniel Huetius in libro singulari *de fabulis Romanenibus*. Qva circumspectione adhibita deferimus Edmundi Richerii opinionem, quam in *Officirice ingnorium cap. VI. §. II.* proposuit, existimantis, mythologias omnes adolescentibus proponendas esse, ut, hoc velut condimento, ad bonarum artium scientiam attrahantur. Ut enim taceamus, plororumqve Poëtarum fabulis ali humanos errores, aut vitia incendi, & dari morbo, exemplo divinitatis, excusatam licentiam, iudice Seneca *de Brevi. vit. Cap. XVI.* Deinde si qvid veri adhuc sub earum involucris occultatur, id vel penitus non, vel admodum difficulter eruitur, ut Poëtarum auctoritati unice acceptum qvisqve debeat, quæ proxima ad credulitatem via est. Tanaquilus Faber *Libr. de Futilitate Poetarum*. Non dum enim fatus fecum habent prudentia, quæ scopum a mediis captui attemperatis fecerñeret; serio adolescentes interpretantur fabulas, iterumque eas cum aliis sui similibus communicant, atque pari credulitate inficiunt. Aliquid teneræ dandum

D 3

esse

30 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

esse acti, novimus, cum pueri quoque puerilia tractent. Sed in tempore ipsos seria docere, necesse est, ne visco fabularum snavissimo impliciti, pueritiam nunquam demittant. Prudenter itaque ad nostram mentem Minucius Felix in *O. Davio* p. 203. edidit: Fabulas & errores ab imperitis Parentibus discimus, &, quod est gravius, ipsis studiis & disciplinis elaboramus. Cui ex recentioribus iungere licet Io. Lockii *cogitationes de educatione nobilium ex anglico diuinate in nostrum translatus* §. 133. Qvod autem Parentes in educatione sobolis sua disciplinas de verbis agentes illis præponant, quæ rerum considerationem ambitu suo comprehendunt, in eo credulitati magno sunt adiumento. Cum ex illis superficiaria saltim cognitio comparetur, que credulitatem constitutre dicitur *Cap. I. §. I. & VIII.* Hinc multi credunt solos librorum titulos nosci, & historica quadam rerum notitia impletum habere intellectum, sufficere ad eruditum viri famam tuendam. Et præterea illis disciplinis dediti redduntur meticulosi, quia, dum minutis istis incumbunt, revera otio se dedunt & veritatis fundamenta prætervehunt. Ubi vero metus, ibi fomes credulitatis est, ceu paullo post videbimus §. IX. Aliquando non magni interest, præpostere egiisse, ut plurimum tamen Parentibus, in educatione liberorum suorum occupatis, ab eo cavendum erit. Qvod non sedulo tantum inculcant, qui vitæ regulas tradiderunt, sed & qui artem alios docendi profitentur. Qui ergo præpostere in instituendis liberis versantur, illi anxia follicitudine sua eos in meram coniiciunt credulitatem. Egregia sunt, quæ de præpostera studioium tractatione verba haber Edmundus Richerius I. c. *Cap. III. §. V.* digna, quæ integra hoc adponantur: *Vix mihi, inquit, a rīsu temperare possum, quoties de viris doctissimis cogito: qui liberos suos ante luris-Consultos, quam Grammaticos; ante sapientes, quam eloquentes; ante Patronos, quam disertos; ante doctos, quam allius doctrinæ aut eruditionis capaces, nituntur efficere.*

§. VI.

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

31

§. VI.

Educationem ut in mortalium vita excipit conversatio, ita secundum doctrinæ nostræ ordinem, quo causæ credulitatis extra hominem posse expenduntur, ea merito hoc spectare videtur. Homines quidem sine conversatione superesse non possunt; multis tamen hæc fraudi cedit. Præfertim si ad modo dictam credulitatem respiciamus, quæ nusquam facilius, qvam in conversatione cum aliis contrahitur. Callidi enim sunt aut creduli, qui consortio se immiscent: illi deceptione; hi imitatione ad credulitatem perducunt, qvina doli in occultis rerum circumstantiis struuntur, qvas incauti, qvorum maxima pars hominum est, nec attendunt, nec penetrant, inde noxia illis sensim obrepit credulitas, ut putent, quod callidi ore profertur, sub pectore etiam condit. Hoc modo Agrippinam, matrem Neronis, teste Tacito XIV. Ann. IV. n. 5. ipsa reconciliationis rumore, Anicetus, classis apud Misenum præfectus, ad credulitatem, morte luentam, astute permovit. Cui dolo Aniceti & maternæ credulitati ipse Nero succurrebat, Tacito rem, uti gesta referente l. c. his verbis: *Pluribus sermonibus, modo familiaritate invenili, & rursus adductus quasi serua conficiaret, tracio in longum convictu, (sc. Nero) prosequebatur abeuntem, artius oculis & pectori hærensisive explenda simulatione, seu peritaria mortis supremus adspectus, serum animum retinebat.* Aliud exemplum suggerit Ulpianus in L. 3. §. 9. D. de in rem verso. quum callidus servus pecuniam mutuo accepit, hoc obtenuit, ut in rem domini verteret, quo ad credulitatem induxit creditorem; quam tamen domino obesse Iesus negat, quod creditor attentus ac curiosus esse debuisset, quo pecunia eius verteretur. Sed e diverticulo redeundum est in viam. Paullo ante enim diximus credulorum quoque consortia ad propagandam credulitatem facere, quia homines, naturali quadam proclivitate invitante, non ad aliorum tantum mores exprimendos, sed & errores ac vitia intelleximus, quorum haut postremum est credulitas, imitanda se

com-

32 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

componunt. Uno igitur credulo existente, alter ex inepita huius emulacione fit credulus. Etenim plerique mortalium non ad rationem vivunt, sed ad similitudinem. Repetamus, quae de credula Agrippina inserta fuit, historiam. Cum illa ex Taciti narratione *l.c. Cap. V. n. 2.* Aceroniam quoque ad credulitatem seduxerit, ut falso rumor hæc credens, pœnitentiam Neronis, & recuperatam matri gratiam per gaudium memoraret, imprudens eius mali, quod una cum Agrippina ipsi expectandum erat. Idem Tacitus *l.c. n. 4.* Et sane Seneca, si quis alius, qui illo tempore, dum hæc evenierunt, adhuc floruit in aula Neronis, tantam vim conversationis in mutandis moribus ac contrahendis intellectus vitiis præclare observavit in Lib. III. de Ira cap. VIII. Sumuntur, ait, a conversantibus mores, & ut quedam in contactos corporis vitia transfluent, ita animus mala sua proximis erudit.

§. VII.

Hactenus causas credulitatis extra hominem consideravimus, quæ in credulo latent, in posterum erunt perpendenda. Equibus statim se offert voluntas, sive secundum propensiones naturales, sive secundum affectus, ab eis ortos, estimetur. Inter propensiones, quæ credulitatem in humano intellectu excitant ac conservant, voluptas eminet atque avaritia. Nam voluptate prædicti erga alios, plus quam pars est, benevolos se præbent, atque hoc pacto intellectum suum eo dirigunt, ut omnia, tametsi multis suspecta, semper in partem meliorem interpretentur, ideoque hominum dictis, factis ac scriptis temere credunt. Otio, quod huic propensioni proprium ac familiare est, prorsus impediente, quo minus necessarium examen suscipiant cum earum conditionum, quas supra in teste nequissimus *cap. I. S. VII.* tum eventus aliarumque circumstantiarum, unde fides dicentis aut agentis idemidem vacillare potest *l.c. S. IX.* Dum ergo viribus intellectus suis parciunt, molestasque circa inquirendam veritatem meditationes fugiunt, in credulitate, semel

con-

CAP. II. DE CAUSIS CREDULIDATIS.

33

contracta, miseri quam diutissime harent. Præ ceteris vero, qui disfluunt voluptate, creduli sunt in rebus prosperis eisque obtinendis, iuxta ac retinendis. Imaginationibus enim abundantes, de quibus mox §. X meliorem sibi fingunt, quam forsitan eventura est, fortunam, præsertim si adulatores accedant, blanditiisque suis lepida hæc commenta extollant. In republica vero litteraria tanto nocentior est credulitas, ex voluptate nata, quanto insolentiores reddit artum sectatores, suo indulgentes genio, ut ea proponere audent, quæ ad falsi, non veri propagationem faciunt, ut fabulas aniles, insulsos iocos, aliasque res ludicras adlegent. Quæ sibi placent, aliis etiam placere credunt. De Abelardo id memoriae prodidit Otto Erisingenensis Episcopus in Lib. I. de gestis Friderici I. Imperatoris : quod magistrum induens Parisias venerit, plurimum in inventionum subtilitate non solum ad Philosophiam necessariarum, sed & pro commovendis ad iocos animis utilium valens.

§. VIII.

Etsi avaritia magis suspicionem, de cuius differentia cap. I. §. XIV. prolixè actum est, quam credulitatem intellectui imprimere videtur ; nihilominus, quia anxios sollicitosque de futuris eventibus homines reddit : Ideo in rebus adversis pari ratione, atque voluptas in prosperis, credulos efficit. Plus enim mali imminere sibi credunt, impellente tanta animi sollicitudine, quam expensis rerum circumstantiis unquam evenire potest. Levis de malo rumor, avaros statim percellit, quo id affore credant. Ingreta præteritarum quoque calamitatum recordatione elicunt iudicium temerarium, quod credulitatem constitutre supra probavimus cap. I. §. V. ut viribus ac consiliis dissident, quibus tamen periculum mali omne avertendum est. Cum itaque cævere volunt, ne quam rerum suarum iacturam faciant, imprudentes hanc credulitatem sibi attrahunt, ad eventum dunxat, non ad media simul in rebus trepidis intenti. Recte igitur Sallustius in Orat. II de Rep. ordin. Iulium Cæarem

E

farem

34 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

sarem his extollit laudibus: *In te præter ceteras unam artem egregie mirabilem comperi, semper tibi maiorem in adversis, quam in secundis rebus animum esse.* Neque ad rem pertinet diligentia, quam avari colunt, ut a credulitate omnium optime se liberare posse, a multis visi sint. Si enim dicendum, quod res est, diligentia illa sequitur cuiusque desiderium: non in mentis, sed opum curam directum: in negotiando & adquirendo, non in meditando versatur. Adeo, ut labores, quos instituunt avari, non mentis, sed corporis proprii sint. Accedit his, quod secunda malorum memoria distrahat & opprimat iudicium, quo minus discernere possit atque examinare illas circumstantias, quæ ad credulitatem adversi eventus ipsos seduxerunt. Præterea, deficiente in avaris ingenio, media eorumque inventio subducitur, quæ alias depellendo malo idonea fuissent. Quæ vero de invidia metuque avari dicenda restant, §. seq., servamus, ut proinde non minus avarus, quam voluntate irretitus credulitate capti ac confundi maneant. Opportune igitur rursum dixit Sallustius in bello Catilinario: *Avaritia quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat.*

§. IX.

Neque ullus pæne affectus est, quin ad producendam credulitatem inserviat. Ecce ignotum est, quod pridem in proverbium abiit: *id quemque facillime credere, quod maxime cupit?* Obnubilant vero tunc affectus humanum intellectum, vel si adparens potius, quam verum bonum & malum prosequuntur aut averuntur, vel in modo & gradu excedunt. Hinc evenit, ne singulas circumstantias tam in teste, quam in re ipsa, uti par est, adcurate scrutetur. At omisso hoc scrutinio nascitur temerarium aliquid iudicium, in quo credulitatem consistere, satis demonstravimus cap. I. §. VI. & VII. Ita amor non sui tantum, sed & aliorum efficit credulos, quod veteres probe calluerunt dicentes: *credula res amor est.* Quotusquisque mortalium amore sui captus, non eo dementiae procedit, ut sibi persuadeat credat que

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

35

que, tantam sibi inesse eruditionem, formae gratiam, potentiamque, quantam sibi vehementer exoptat. Præsertim si qua istarum perfectionum species, quæ tamen cum illa per imaginationem oblata neutiquam conferenda est, in ipsis deprehendatur. Neque minus aliorum amor credulitatis causa est, in personas sive diversi, sive eiusdem sexus propendens: de illo infra agitur §. XIII. de hoc notandum est, quod amantes tunc sint creduli, cum protinus sibi persuadent, se redamari, quoties ambigua tantum signa hoc indicant. Sane externis gestibus fidere non licet, quos arte & astu adsumi, novimus: nedum verbis, quæ benevolentiam spirant. Faciamus cum amore singula connecti; at nexus minus necessario, quem levissima quedam circumstantia laxare aut solvere potest. Adeo ut, quæ credulo putatur amicitia esse, modo precaria servitus, de qua Hugo Grotius *Lib. I. de J. B. & P. cap. III. §. XXI.* modo gnathonica quedam adulatio sit. Amori succedit spes, & vano quidem hoc spectat, quæ, ut secunda mater, credulitatem enititur, quia intellectum ad cogitationes melioris fortunæ semper elevat. *vid. cap. I. §. VI. & hoc cap. §. VII.* Quare Poëta Sulmonensis in *lib. II. de Pont. Eleg. ult.* non male cecinit:

hec credula vitam

Spes fovet & melius, cras fore semper ait.

Quamvis in rebus difficillimis, eisque, quæ plane fieri nequeunt homines versentur; nihilominus spes eventum promittit, ea que ratione intellectum facit credulum. Atque hoc est, judice Seneca in *ep. X.* spes longas inchoare, quas ille tribuit dementiæ. Demens enim est, qui impossibilia credit futura. Vere non minus, quam scite Ludovicus Vives in *Comment. ad S. Augustini Lib. XLIX. de civitat. DEI.* cap. XIII. Nullares est, scribit, de qua liberius homines mentiuntur, quam te veniuris; quoniam nihil nos audimus libenter, etiam si mentiri sciamus. Ita favor in eos noster, qui futura iactant prædicere, licentiam eorum irriat & alit. Hæc ille. Neque est, quod gaudium hic excludamus, utpote

E 2

quod

26 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

quod animum effert suis bonis viribusque fidentem ; quod si illa subitanæ mutationi sunt obnoxia, de his vero amplius sibi gaudentes presumunt, quam in ipsis est, ineptam credulitatem se contraxisse offendunt. Alios, circa res gratas etiam ocupatos, affectus ut taceamus, cum hanc minor eorum vis sit in credulitate excitanda, atq; horum, qui ad res ingratis pertingunt. Quis enim adeo rerum omnium hospes est, ut ignoret, metum, invidiam, tristitiam similesque affectus ad credulitatem permovere intellectum humanum. Sic metus, cum qui ex malo imaginario nascitur, tum qui intensiore motu graduque peccatum concutit, tantopere intellectum exsticulat, ut graviora, quam revera sunt, damna & pericula, sibi penitus insuperabilia, esse credat. Neque ad rem pertinet, quod metus homines reddat cautos. Intelligendum hoc est de metu probabili & iusto, qui veram metuendi causam præsupponit, cum metus, qui credulitatis causa esse dicitur, vanus omniisque ratione, quæ ipsum probare posit, destitutus sit. Qualis est metus malorum futurorum, vel nimis remotorum ab eventu suo, vel rarissime occurrentium. Eiusmodi meticulosos ac credulos homines optime redarguit saepè citatus Seneca ep. XXIV. *Est sine dubio, ait, stultum, iam esse miserum, quod quandoque futurus sis miser.* Evidet aliud invidia, quam credulitatem alit, cum segris oculis aliorum felicem successum invidus inspicit, sibique credulam hanc imprimat persuasionem, ut proinde perpetram existimet, se alii emergentibus fieri deteriorem. Et quia invidi spem non habent, se ad alterius virtutis & artis profectus pervenire posse, hinc fortunam eius, cui invident, libenter deprimit, hac inducti credulitate, fore, ut minor in posterum intercedat disparitas, prudenter censente Vellatio in Serm. Fidel. IX. Perinde tristitia æque ac ira producent credulitatem, illa calamites; haec iniurias aliasque lassiones augendo : illic se explet lacrymis credula turbæ geritque dolorem ; hic vindicta bonum, ipsa vita iucundius esse creditur, *Quis igitur fando omnes affectus eorumque in pro-*

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

37

producenda iuvandaque credulitate vim ac potestatem percensabit? Temperare vero nobis non possumus, quin dicta nostra confirmemus testimonio Baconis de Verulamio in Nov. Organ. Lib. I. §. XLIX. *Intellectus noster, inquit, lumenis siccii non est, sed recipit infusionem a voluntate & affectibus, id quod generat, ad quod vult scientias: Quod enim trahunt homo verum esse, id potius credit.* Reiciunt itaque difficultia ob inquirendi impatientiam; sobria, quia corrumpunt spem; aliora naturae propter superstitionem; lumen experientiae propter arroganiā & fīctum, ne videatur versari in vīilibus & flūtis; prædoxa propter opinionem vulgi; denique innumeris modis iisque interdum imperceptibilibus effectus intellectum imbuit & inficit.

§. X.

In intellectu autem ipso non sedem tantum occupavit credulitas, sed & variae huius cause continentur. Evidēt ad facultates intelligendi quod attinet, nisi in iusta virium proportione subsstant, vitia morbosque parere possunt. Adeo, ut ingenium nimis superante iudicium, illi pro viribus indulgentes, divinationes improbabiles, uti Chiromantia, Geomantia, aliq[ue] de quibus singulari libro Caspar Peucerus de *Divinationibus* consulendus est; inventiones bono destitutas eventu, quas cap. I. §. LX. explosimus; fictions usu omni carent, ut de anilibus fabulis b. cap. §. I. monuimus, in medium proferunt, eisque & sibi & aliis imprimunt credulitatem. Prefertim si imaginaciones secundi cuiusdam ingenii ad res divinas ac spirituales adplicantur, tum deum illa credulitas oritur, quæ ad idolatriam, superstitionem aliaque vitia ac errores hominem abripit, ceu postea videbimus c. III. §. II. Hinc frequentia passim leguntur sapientum monita: ne indulgeamus ingenio, sed illud iudicio temperemus. Neque officit, quod imaginaciones provocent & accendant attentionem. Io. Baptista du Hammel in *Metaphys.* p. 495. Ergo tantum abest, ut intellectum in credulitatem coniiciant, ut ab eadem potius liberare possint. **Vetus**

E 3.

38 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

rum distinctione expediri potest obiecta haec difficultas, scilicet imaginatio moderata est, aut immoda: haec credulitatis, illa attentionis causa est: quia posterior imaginationis species in eo turbat intellectum, quod vagas elicit cogitationes, sed quæso in turbis quænam attentio? Deinde cum imaginationem causam esse credulitatis adserimus, non de omnibus rebus, etiam materiæ immersis, sed præcipue de his, quæ eius expertes sunt, hanc intelleximus, licet propterea non negemus, in illis pariter erroris ac credulitatis causam fore, non tamen adeo frequentem, secundū ea, quæ dicta sunt *C.I. S. IX.* Simili ratione de memoria statuendum est, utpote cuius excessus, multitudine rerum impressarum confundente intellectum, diminuit acre politumque iudicium. Ideoque, qui alii memoria præcellunt, iudicium illis deesse, quotidiana experientia satis docemur. Jam vero credulitas est aliquis defectus in iudicio, eamque ob causam, avaris credulitatem quoque adscriptimus *b. cap. S. VIII.*

S. XI.

Quod in voluntate affectus, in intellectu sunt præiudicia, quæ ad producendam credulitatem non parum momenti adferunt. Nam auctoritatis illud præiudicium, quod ab infante menti nostræ adhæsit *vid. preced. S. V.* ætate succrescente vires acquirit, multorumve morborum causa existit. Præ ceteris inservit credulitati, quoties vel novitatis studio tenet homines, vel in admirationem antiquitatis eos evicit: quorum illi credunt, nova tantum vera esse, & que ab antiquis etiam recte posita sunt, convellunt; contra hi antiquissimum, quodque verissimum credentes, ea contemnunt, quæ recentiores industria sua invenerunt. Hinc evenit, ut commenta antiquitatis diligenter credantur, ac credita fideliter custodiantur: eis tamen nova infinito numero in dies accrescant, ac sine prævio examine admittantur, sintne vera, an tantum parentia bona, ut nostro tempore cumpromis implerent videatur dictum: *Nihil tam absurdum dici posse, quin a pluribus credatur.* Si vero inter se comparentur

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

39

tur, præiudicium antiquitatis eo, quod novitatis esse dicitur, multo potentius est ad ingignendam intellectui credulitatem, quia nova ut plurimum sunt suspecta, sed antiqua, quæ tot annorum præscriptione munita, tot celebrum virorum auctoritate corroborata, & continua velut serie propagata sunt, hac persuasione imbuunt intellectum, quod ab antiquis circa artium studia omnia exhausta sint atque explanata, ut nihil amplius in eis suscipi possit. Ita sensim præiudico cæcæ obedientiæ accidente, quæ inchoata erat credulitas, nunc demum consummatur. Non dum enim consuetudinis illa tenax observatio desit, propter quam pluris valent fabulosæ quorundam Doctorum narrationes, cognitione rerum vera, quia plurimi acerbo omnis veritatis odio abrepti nolunt illis dispicere, quorum doctrina semel se addixerunt. Ignari eius moris, qui docentium proprius esse debet, scilicet consiliis, non imperiis artes inculcare & propagare. Unam hanc inter præcipuas causas esse putat Isaacus Casaubonus *Exerc. XVI. contra Baron.* p. 427. cur opiniones super rebus, quas creditimus antiquas, propugnare malimus, quam ex antiqua veritate emendare, aut ex nova illustrare. Et quo magis de missa sunt discentium ingenia, eo ad credulitatem procliviora, ut de plebe post §. XV. adnotabimus. Nobis iam præiudicium præcipitantiæ attingendum est, quod efficit credulitatem, quando pro ratione probandi arripitur, quæ vel cerebrina speculatio, vel mera mentis deliratio est. Quam plurima huius credulitatis exempla dabunt Iurisconsulti, in expellenda æquitate cerebrina labore suum collocantes, Medici, aequæ ac Philosophi fallacias falsæ cause ac similes, probe animadvententes. Unicum ridicule cuiusdam credulitatis inspergere liberté de Rege Silesia, Boleslao Calvo, de quo ex Chronico quodam Silefiaco, cuius nomen non expressit, refert B. D. Spenerus in *Syllog. Princip. Imper.* p. 847, his verbis: *Er wolte haben, man solte den Schwei- nen im Winter Heu zu fressen geben, weil sie Sommers Gras fressen. Interim illa præcipitancia omnium maxima cre-*

24 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS

credulitatis causa est, quæ experientiam commendat, at nondum fide dignam. Et sane in experientia semper videndum est, ne qua fallacia subsit, quæ iudicium præcipiat. Cum vero inter experiendum nihil magis familiare sit viro imperito, quam falli, itemque non bono quam fallere. Unde fides non adhibenda est temere quibuslibet experimentis, ac præfertim illis, quæ auribus potius, quam oculis hauriuntur. *Conf. cap. I. §. IX.* Nihil enim est, quo sèpius decipiuntur homines, ac in credulitatem coniiciuntur, quam per inductiones minus sufficietes, quoties ex tribus aut quatuor experimentis atque exemplis quædam illi principia eruere solent, parum perpendentes, quæ sibi adversa sunt. Unde talis experientia sibi fidentes non potest non facere credulos, quia temeraria tantum experiendi libido est, & perverso more a particulari argumentum instituit ad id, quod universale est, ac si quod uni, aut paucis convenit, omnibus convenire possit ac debeat. De credulitate hac admodum frequente merito viri prudentes conqueruntur, ac nobis exhibent illorum exempla, qui ab eadem damnâ sua fenserunt. Ceterum adiungenda est illa credulitas, qua ex præcipitania quis in ambiguo sermone intelligit atque eligit partem sibi meliorem. De Croeso Lydorum Rege constat, qui valde ambiguo Apollinis oraculo

Κρῆσος ἀλὴν διαβάσας μεγάλην δύναμιν παταλύσει:
*Croesus Halim penetrans magnam pervertet opem
vim;*

permotus fuit ad credulitatem sibi nocentem. Cum enim pluris astimaret vim oraculi, quam par erat, nec circumspécie attenderet, sub notione hac δυράπερ latere ambiguum sensuum, ut modo sua, modo hostis sui, Cyri, vis intelligi possit, ideo, quam defecato iudicio discernere noluit, postmodum cum iactura & regni & opulentiae sue, nimis persenxit, dum sero péniteret ipsum credulitatis suæ. Herodotus *Lib. I.*

§. XII.

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

41

S. XII.

De temperamento, ad credulitatem concurrente, paulo difficultius solet inspectio esse, in primis si ea memori mente reperantur, quae sub initium *bujus cap. § II.* latius exposita fuerunt, quod materia non sit origo mali. Aliud enim est principium, aliud medium: illud ex errore Pagani; hoc ex vera sententia Christiani Philosophi statuerunt in perver-
figanda mali origine: quorum hi post lapsum materiam pro physica & instrumentali causa, quia in pluribus actioni-
bus suis, anima indiget organis corporis, quae a contrahendis
& contractis vitiis propterea excludi non possunt; contra illi ante lapsum hominis materiam pro principali, eaq; inde-
pendente, DEoque coeva mali causa defenderunt. Quod
ipsum permovit Bælium, non ab admisso quidem errore pe-
nitus absolvere, sed minimum Manichæos excusare: quod
tamen viris Theologis disquirendum supra reliquimus.
Nostra potius est sententia, ut corporis & animæ summa
est connexio; ita & contagium mutuum. Inde sequitur,
ut morbi ac vicia intellectus diversa etiam dependant ex
constitutione corporis, & nominatim ex temperamento
sanguinis. Quamvis non tam a partium fluidarum & soli-
darum compositione sola, quam a motuum, horumque in il-
lis defectuum, varietate illa deducamus. Necessarium igi-
tur est in explorandis credulitatis causis observare quoque
temperamentum, & quibus morbis non voluntas tantum,
sed & intellectus, qui in cerebro sedem suam fixit, exinde
adficatur, paulo curatus sub examen vocare. Cuncti autem
Philosophi, qui iugum Aristotelicæ servitutis excusserunt
magno consensu docent: Mores & morbos animi sequi ho-
minis temperamentum, quam regulam tanti estimavit facile
summus Medicorum Græcorum, Galenus, ut integro libro
eandem posteris commendaret: οὐ τὰ τῆς ψυχῆς ἔθη ἐπι-
ταὶ ταῖς τῇ σώματις κατάστοιν. Cum vero regulam istam
in præsenti adipicamus, satis liquet, sanguineum tempera-
mentum reddere homines ad credulitatem proclives, quia
hoc

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

hoc prædicti humoribus utuntur bene temperatis, in primis sanguinem habent ceteris subtiliorem, utpote particulis sanguinis eisque volatilibus instructum, qui sine ullo obstaculo vasa eius transit, cerebrique humani meatus percurrit. Hinc eiusmodi sanguinis motus facilis & fluxilis homines efficit alacres, hilares, promtos, sed cura simul atq; circumspetione vacuos, eoque modo tandem credulos. Incuria enim & negligentia sanguineos ita disponit, ut minus considerent, tam dicentis, quam agentis conditionem, nedum actionis aut inventionis suæ eventum. Et quia inconstantia laborant, quæ moræ impatiens est, examen de circumstantiis personæ aut prolati testimonii necessarium instituere nolunt, adeoque temere in singulis iudicant ac credunt. Præterea promiscua erga homines benevolentia usi, ne quidquam mali vententur, aut suspicantur, inde rursum culpa sua in credulitatem sanguinei incidunt. Etsi vero ad otium proni esse videntur, nihilominus hoc credulitatem eorum non minuit, sed auget, uti demonstratum est §. VI. Neque enim in sanguineis crassum aliquod otium animadvertisimus, quo phlegmatics, seroso sanguine, torporem quendam attrahente, premuntur, sed liberale est, adeoque non quenvis laborem, sed molestorem tantum subterfugiunt. Viribus itaque intellectus sui in eo parcunt, ne statum personarum & rerum omnium momenta adcurate ponderare velint. Formicis hac in parte similes, quæ per arbores ultro citroque sine causa discurrunt. Licit insuper polleant ingenio, non tamen cum eo coniunctum habent iudicium, hinc ab eius excessu in credulitatem coniici modo citato §. VI. clare ostensum est. Alia inventio, alia inventarum rerum adPLICatio est; in hac, non ibi ingeniosorum illa credulitas haut raro deprehenditur. Deinde neminem fugit, sanguineos in ludicris, non in seriis negotiis versari. Unde quod in illis motu proprio inveniunt; in his fuga molestæ meditationis æque ac perpetuo teneritudinis suæ sensu avertente, aliorum fidei atque dexteritati quidquid ex cogitari potest, permittunt, & ita credulitatem sibi acqui-

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

43

acquirunt. Ex dictis iam patescit, longe diversa ratione credulitatem tribui melancholico temperamento instructis. Sanguinei enim ex benevolentia; Melancholici ex invidia: illi magis ex aliorum; hi ex corrupto potius sui amore creduli sunt. In hoc vero melancholici a credulitate videntur immunes esse, quia cogitabundi sunt. Sat enim patientia habent ob tardiorum sanguinis motum, ab admixtis particulis terrestribus pendente, ut proinde cogitationes suas unius rei constantius adstringant, eoque etiam modo credulitatem fugere possint: in quam sanguinei, qua sunt animi sui facilitate ac levitate ab una re in alteram cognitione sua protinus transiliunt. Verum, his minime obstantibus, cum melancholici ad mala futura vehementer trepident, & ubi calamitates ingruere sentiunt, anxi sunt nimis atque timidi. Quam ob causam creduli sunt, & quem errorem de malis imminentibus ex credulitate sua hauserunt, ut maiora sibi fingant, quam forte existunt mala, sanguinis sui constitutione ita ferente, multo pertinacius retinent. Et quoniam in rebus omnibus aliquid potius sibi obstitutum, quam successurum esse velut presupponunt, inde continuo metu affliguntur, ne eventum, quem praæoptant, sint consecuturi. Quæ igitur sollicite scrutari, & expendere ab aliis putantur, non ad corrigendam, sed ad confirmandam credulitatem suam de adverso eventu faciunt. Maxime si eorum attendantur exempla, qui supremo melancholie gradu inferi, atra scilicet bile cerebrum obfuscante, crediderunt se vasorum vitrea aut cœrea, aut se in feras bestias mutatos, ne nocent, foras prodire noluerunt. Sexcenta occurrunt alia, que narrare nostrum non patitur institutum, legi tamen possunt apud Casparum a Reies in *Campo Elysio lucund. Quæst. LXXIII. n. 2. seg.* & D. Michaëlem Bernhardum Valentini in *Pandectis Medico-Legalibus Pr. I. cas. III. IV. & V.* Claro arguento, quod in profundiore melancholia, quæ demum cunque circumstantiarū exploratio suscepta esse videatur, non illa statim minuar, sed potius adiuvet credulitatem.

F 2

tatem.

44 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

ratein. Siquidem melancholicis multi reperiuntur, qui non despiciunt, at videre nullum licet, quin aliquo pacto fallatur imaginibus suis, credulumque se ostendat.

§. XII.

Secundum ordinem, quem supra hoc cap. §. II. & XII., elegimus, occasiones quoque investigandæ sunt, quæ ad credulitatem invitant. Quibus potissimum hominis status accenfendus est, tam naturalis, quam adventitus. Quod ergo ad statum naturalem attinet, feminas videtur sexus impellere, ut magis sint credulæ, quam mares. Evidem vi temperamenti plerumque sunt teneræ, molles, & a natura imbecilles, quod pluribus evincere conatur Io. Huartus in *Serutin. Ingen. cap. XXI.* ratus, ut verba eius se habent, *feminas ob rationem frigiditatis humiditatisque sexus sui profundum aliud ingenium consequi non posse*, adeoque pronas esse ad credulitatem. Verum in hoc fallitur Huartus dupli modo: uno, quod licet ex qualitate temperamenti etiam dependeat illa ingenii ac iudicij imbecillitas, quæ feminas reddit credulas; ea tamen sola non sufficit, cum maximam partem ab educatione vitium hoc proveniat. Nam feminæ procul a virorum commerciis instituuntur, & proinde ipsas experientia destitui necesse est, quuma rebus gerendis procul se habere tenentur, nec litteris erudiuntur, nec peregrinari permittuntur, quibus adminiculis, expulsa credulitate, vera prudentia adquiritur. Alter modus est, in quo errat citius Auctor, quod qualitatem illam sanguinis, indeqve provenientem mentis imbecillitatem omnibus feminis sine discrimine tribuit, parvi pondens quotidianam experientiam, quæ eum passim confutat, feminas nobis offendendo tales, quales animi prudentia maribus hanc cesserunt. Praeter alios, qui ex instituto hoc argumentum trahaverunt, legi potest D. Præsidis *Schediasma Historico-Poliicum de Ordine Feminarum Equestris*, §. III seqq, & Aegidii Menagi *Historia mulierum philosphantium*. Quare plerique fatim feminarum, non lexus infirmate tantum impellente, sed & defec-

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

45

defectu bonæ educationis accedente, credulitatem contrahunt. Dum urbanitati potius student, quam virtuti. Atque hinc venustæ magis sunt credulæ, quam deformes, utpote quæ omnia, quæ dicuntur, ferio dici propter elegantiam formæ sibi imaginantur. Iam vero excessus illæ imaginacionum obstat iudicio, quo minus cuncta, quæ proferuntur, accurate examinare queant. § X. Mirū itaque non est, cum seductores tanto facilius apud formosas amori suo inveniunt locum. Quam veteres inspicio feminarum venustarum credulitatem, recte cecinerunt, apud Juvenalem *Satyr. X.* rara est adeo concordia formæ atque pudicitiae. Eiusque rei exemplum Ovidius sicut in epistola *Phyllidis ad Demophonem:*

*Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria; simplicitas digna favore fuit.
Sum decepta tuis & amans, & femina verbis,
Di faciant laudis, summa sit ista tua.*

Sed ad abusum elegantis formæ hec spectant: si enim bene collocetur, evenit formosiss, quod Verulamius in *Fid. Serm. XL.* de formæ gratia recte iudicavit: *quod virtutes splendescunt, vitia erubescere.*

§. XIV.

In naturali statu porro ætas venit sub examen nostrum, quæ adolescentes, eosque, qui annis sunt his paullo inferiores, ad credulitatem excitat. Principio enim præcipitania agitantur, quæ ingenium eorum perquam mobile & vagabundum comitatur. In primis ubi ad cognoscendum ea proponuntur, quæ novitatis aliqua specie blandiuntur. Tanto igitur prionores sunt ad hæc credenda, quanto fluidorem & callidiorem sanguinem ipsorum ætas fortita est. Adolescentes namque multas habent propensiones cum sanguineis & phlegmaticis communes, quippe voluptatibus gaudent, cura sunt vacui, otio litant, e quibus credulitatem promanat, re paullo ante traditum §. XI. & XII. Neque obstat hoc cap. cit. §. XI., ubi dictum, nova esse suspecta; sed fu-

F 3

spic.

46 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

spicionem a credulitate distinctam esse, tradidimus cap. I. §. ult. Largimur hoc de viris atque senibus, qui longo reum usu didicerunt, non quilibet nova prodesse, iccirco ea habent suspecta. At nos loquimur adolescentibus, qui experientia carent, suisque votis ac desideriis tam crebro non exciderunt, quam viri ac senes. Unde tanto promptius credunt futura, quanto facilius haec obtineri posse, vanis decepi persuasionibus, sibi imaginantur, ac pericula & impedimenta, suis confisi viribus, maxime contemnunt. Dum vero imprudentia & neglectu futuri corrumpunt intellectum, id conseqvuntur, ut de rerum obiectarum eventu, & dicentium testimoniiis ac promissis plus veri, quam in illis est, sibi persuadeant, vanaque perfusione creduli fiant. Deinde cum in illa etate aliorum potestati & auctoritati toti sint obnoxii, ab eaque ita dirigantur, ut, quae traduntur sententiae, adolescentum intellectui sine ratione & sine ullius disensu imprimantur, quo ab infantia sua praecipitio humanae auctoritatis protinus adsuescant, eoque vires suas exferente, ad credulitatem facile abripiantur. Nihil enim quidquam eis suppetit, quod opponant, nec rationem sciunt, cur aliter opinentur, adeoque in sola dicentium auctoritate adolescentibus est adquisendum. Et quamvis ab Arnoldo Geulinio in *Logic. Refit. Pr. IV. Sect. II. cap. VI. §. III.* testimonium inter bonas rationes connumeretur; nihilominus ipso can-dide fatente, ratio est non interna, de qua hic solliciti eramus, sed externa, immo illa deficiente eatenus recipitur, quatenus in suo genere bona, scilicet peritia & bona intentio in teste adparent, de quibus latius actum est cap. I. §. IX. & IX. Cum igitur pueri & adolescentes has conditiones in perhibente testimonium imprudentia sua negligunt, aut ab altero compelluntur, ut ei absolute credant, tunc profecto non possunt non fieri creduli. Ex dictis liquet, qua ratione pueri vera loquantur, ut in Germanorum proverbio est: *Kinder reden die Wahrheit.* Scilicet non suo, sed aliorum iudicio freti. Cum plerumque non intelligent, quae locuti sunt,

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS. 47

sunt, ac proinde modum tenere nesciunt. Parum absunt
hoc in parte ab animantibus, quæ vocem edunt, ubi indicio
opus non est.

§. XV.

Si vero in statu adventitio, cuius mentio *præc. §. XIII.*
facta est, homines consideramus, respectu politie occur-
runt, qui ad interiorem eius constitutionem spectant, Im-
perantes ac subditi. Ex quibus subditi, maxime autem
illi, qui plebeium genus sequuntur, reliquis ad credulita-
tem procliviores sunt *vid. cap. I. §. IX.* Nam demissum ni-
mis & humile ingenium possident, quo ad recipiendos a-
liorum errores, & ea retinendi instituta, quæ maiorum in-
explorata autoritas invexit ac famæ tradidit, summopere
inclinant. Conf. Diodorus Tuldenus *Dissert. Socrat. Lib.*
II. Dissert. III., ubi de ingenio populi agit. Hinc anilibus,
ex traditione longeva continuatis, opinionibus ac fabulis
inhérent, quibus plus vano metui ac spei incepta defen-
runt, quam maturis salubribusque consiliis. Ita solent de
plebe tantum non omnes res quasque ex utili iucundo-
que metiri, easque ex parte voluntatis ad aversationem
terribilium; aut ad luxuriam delectabilium arripere, u-
trisque vero ad credulitatem abuti. Hic in promtu ha-
beant, qui cum plebe versantur, ingenium suum, & in ca-
sum inversum convertere sciunt id, quod terrere, aut
quod nimis delestante potest. Ubi ergo graviora sibi cre-
dunt imponi onera, quam revera existunt, ibi contrarium
illis ostendendum est. Ecquis etiam non animadvertis
plebem, hac in parte istis similem esse, qui incubum cre-
dunt malum externum fore, a quo premantur, cum tamen
in ipso sanguine & mala corporis dispositione hoc ipsum
situm sit: sic penes plebem culpa est ob pigritiam & otii
amorem, & quod magnitudinem fortunæ suæ peccandi li-
centia metiuntur. Quod per omnem Romanæ urbis hi-
storiam de plebe deduci posset, donec cuncta bellis civili-
bus fessa sub unius imperium recubuerunt, nisi intra limi-
tes

48 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

tes nostros foret subsistendum. Neque in sacris alio sunt ingenio, qui a plebe descendunt, eosque non penitus excusat qualiterus ille praetextus: se in simplici fide sua velle adquiescere. Simplex enim fides aut ratione sinceritatis spectatur, aut ratione exclusae cognitionis distinctae: quamvis igitur priore sensu in fide simplici illis adquiescere licet; non tamen plebeii alio, quam posteriore sensu, modo dictam excusationem proferunt, adeoque eorum fides non simplex, sed coeca est, quæ credulos & incertos reddit in negotio religionis. Exinde etiam accidit, ut nulla re efficacius multitudo regatur, quam superstitione, teste Curtio Lib. IV. cap. X. n. 7. quæ ad effectus credulitatis a nobis relata est infra in cap. III. §. II. In praesenti dehortationem Iusti Lipsii commendamus in Lib. I. Polit. cap. III. n. 11. Superstitione, inquit, si indulgeri sibi sentiat, altius radices agit, quam ut commode evelli posse. Iung. Zevecotius in Observat. ad Suet. Cæsar. cap. LIX. Immo in singulis negotiis vix alter evenire potest, quam ut plebs semetipsam credulam reddat, cum plus fidei tribuat testibus de auditu aliorum instructis, quam his, qui visu rem percepérunt. Quare indignabundo calamo scripsit D. Jo. Balthas. Schuppus in Tr. von der Einbildung p. 493. Dieses ist des gemeinen Pöbels eigentliche Schwachheit, daß er eher und mehr glaubet, dem was er höret, als was er sieht. Et quemadmodum fallax personus perceptio omnibus hominibus ad credulitatem via est; ita ex illa potissimum plebs decipitur, utpote quæ secundum sensus potius, quam rationem vivendo, omnia quæ istis percipiuntur, talia esse credit, qualia sensus ei exhibet. vid. Io. Claubergius in Proleg. Logice & Io. Baptista du Hamel in Lib. I. de Mente Human. cap. XXIV. Senault in Tr. de l' Usage des Passions Disc. IV.

S. XVI.

Neque singulis hominibus solum credulitas inhæret, sed & integras gentes olim ac nuper invasit. Sic de Ægyptiorum, gentis antiquissimæ, credulitate vates ipsorum lullen-

CAP. II. DE CAUSIS CREDULIDATIS. 49

culentissimum perhibent testimonium, quorum mentionem iniicit Curtius *L. IV. c. X.* Et sane vacua istorum prædictiones tantam in hominum animis habuerunt efficaciam, ut vel solo luna deliquio, adnuentem sibi credulam turbam, in quas partes voluerint, pertrahere potuisent. Lubet id ipsum elegantissimis Curtii *l.c.* potius, quam nostris enarrare verbis: *Rationem, inquit, ipsi perceptam vulgus non edocent, sed affirmant solem Graecorum, lunam esse Persarum: quoties illa deficiat, ruinam, stragemque illis gentibus portendi.* Idem quoque Historicus, paucis interiectis, de militum, in Alexandri M. expeditionibus occupatorum, multitudine hoc confirmat: *Ubi, ait, vanâ religione capta est, metius vastus, quam Ducibus suis paret.* Satis autem caluit suo tempore vanam militum credulitatem Agathocles, Siciliae Rex, atque in eludendis malis omnibus, que ad illum idem tidem invitant, prudentiam suam ostendit. Cum enim versus Carthaginem duceret classem, & ex solis defensione militum animi terrorerentur, non minori cura huius rei rationem, quam belli reddendam putabat: dupli argumento scrupulum eximere conabatur, & quod ratione temporis nihil portenderet, & quod sibi malum non nunciaretur. Nam quod iis iam navigantibus eclipsis esset orta, dicebat, si ante profecitionem id evenisset, se pro adverso prodigia habiturum; at iam procul dubio hostibus minari: *DEos: addens, defecum naturalium siderum semper presentem rerum statum mutare, certumque esse, florentibus Carthaginum opibus, adversisque rebus suis, commutationem significari.* Justinus *Lib. XXII. cap. VI.* Quantum vero vituperandæ credulitatis documentum dederint Graeci illi Thessalicae populis vicini, ex commento de hippocentauris liquet. Cum enim Centauros, incolas Thessalicae, primum equitare viderent, crediderunt eos monstra, que habeant partim humana, partim equina membra, dixeruntque Hippocentauros. A quibus postea traxerunt occasionem fabulandi Poëtæ: habitare Thessalicae iuxta Pelion montem

G

Hip-

8183

70 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS

Hippocentauros, anteriore ac superiore corporis parte hominum, posteriore equorum effigiem referentes. Natalis Comes in *Mytholog. Lib. VII. cap. IV.* Hanc vulgi credulitatem de hippocentauris fecutus Tribonianus, contra severam Imperatoris Iustiniani prohibitionem, quod nolit ab antiquis fabulis ius Romanum repetere §. III. *Insl. Prooem.* in titulo *de inutilibus stipulationibus* inferuit hoc de Hippocentauro exemplum §. I. cit. tit. Admodum claro arguimento, valde nocere contemtas antiquitates, earumque loco electas fabulas, iurium cultori. Si ergo verum factum liceat contra inolitam opinionem, stipulatio hippocentauri erit utilis, utpote equitis aut draconarii militis promissio, inter Principes, non inter privatos valitura: quorum illi iure milites conscribendi possent; quo hi carent. Vid. D. Praeses in *Tr. de Principe Monopola.* Ridiculum itaque est, quando Plinius in *Lib. VII. H. N. cap. III.* memorat, Claudiu[m] Cæsarem retulisse, hippocentaurum, seu semi-equum & semi-hominem in Thessalia natum fuisse, eidemque perperam subscriptibit his verbis: *& nos principatu eius allatum ei ex Aegypto in melle vidimus.* Usque adeo fabulis indulgent homines, ut & incredibilis ab ipsis credantur. Ne tamen Aegyptiis aut Græcis tantum credulitatem vindicasse videamur, ad alias etiam gentes, nos convertimus. De Sinensis constat, eos ex cœca gentis suæ estimatione, eamque secuta credulitate, ad illud absconum pervenisse commentum, ut naturæ universæ monarchiam quandam invisibilem tribuant, ubi non aliis regiminis sit status, quam in regno Chinæ, quod omnibus imperiis exemplar esse debeat, ut refert Mr. de la Loubere du Royaume de Siam Tom. I. cap. XXIII. Neque Americae populi hic sicco pede pratereundi sunt, quorum eximia simplicitas ac paene incredibilis credulitas a cunctis notatur, qui cum Iosepho a Costa, Hugo ne Grotio, aliisque horum originem, mores ac vitæ instituta descriperunt. In primis illam proddiderunt, cum Christophorus Columbus ad humanitatis, eique innexæ hospitalitatis

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

52

catis iura eosdem persuadere non potuit, tunc metu irati Numinis deterruit. Cum igitur sciret, eclipsin lunæ brevi futuram, lunam, iis gentibus DEam, manibus elatis te status hanc iniuriam, non æquamente laturam, quod se hominem, sui amicum & cultorem, a portu, ab hospitio, ab aquis, a commercio prohiberent. Vid. Lambertus Danæus in Aphor. Pol. ex Lib. VII. Thucid. in fin. Similiter ob excusorum ab Hispanis tormentorum tonitrua, indeque ex surgentem fumum, odoremque sulphureum ac ignitum, temere crediderunt a DEo immitti fulmina, seque hinc obligatos, ut Hispanorum desideriis adnuant. Iosephus a Costa Lib. I. Hist. Ind. cap. IV. luctuoso Franciso a Victoria in Relect. Moral. V. Sec. I. seqq. & D. Beccmann de Turbamentis vulgi C. III. §. II. Sed cur ad exterarum gentium credulitatem excurrimus? cum Germani nostri hac culpa non vacent. Quos gentem non astutam, nec callidam, sed cuius animus ad simplices cogitationes pateat, pluribus persequitur Tacitus de Moribus Germanorum cap. XXII. Ac præterea Germanis tribuit, quod eis in re parva sit pervicacia; quam fidem vocarent t. c. cap. XXIV. Quibus satis superque eorum credulitatem arguisse videtur, si conferantur, quæ cap. I. §. V. & VI. itemque hoc cap. §. VI. disseruimus. Sed maioribus nostris maxime accidit hæc credulitas, cum litterarum secreta viri pariter ac feminæ ignorarent. Postquam vero istarum cultura felici successu supervenit, non emollivit tantum animi mores, sed nec credulos esse permisit. Alias fando non ad equum urgentes, quibus morula simplicitas, aut receptus mos exagitandi, credulitatem adfricuit. Cui voluppe est, plura perlustrare exempla, is aedat lo. Boemum in lib. de moribus omnium gentium, utpote qui nec nævos intellexus penitus intactos reliquit.

§. XVII.

Plurimum vero ad gentium credulitatem contulerunt Legumlatores, qui ipsis imperio præfuerunt. Cum enim intelligerent, nervum obsequii esse auctoritatem, quam legibus

G 2

bus

12 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

bus suis conciliaturi, commercium in hoc negotio cum D^Eo-
eis intercessisse finixerunt. Nota sunt istius commenti e-
xempla de Minoë, Lycurgo & Zaleuco: quorum ille Cre-
tenibus suis leges, velut a Iove acceptas; ite Lacedæmo-
niorum civitati, tanquam Apollinis consilio compositas; hic
a Minerva traditas Locrensisibus, obtulit ac persuasit. Testi-
bus Platone in Minoë, Herodoto lib. I. Cicerone lib. II. de
leg. Iustino lib. III. cap. III. Atque morem hunc simulati-
cum D^Eis commercii imitati sunt Reges Romanorum, p^ræ
ceteris Numa Pompilius, ut populum suum sacris obligaret,
& legibus arctius constringeret, D^Ex A^geris monitis fese
instructum commentus est, uti memorat Livius in Lib. I. cap.
XV. Plutarchus in Numa, Florus lib. I. cap. II. Maxime vero,
revelationes simulandi consuetudinem legū conditores ad-
hibuisse, commemorat Diodorus Siculus lib. II. cap. XCIV,
cuius verba digna sunt, quæ integra adscribamus: *Id com-
menti, inquit, genus apud plures quoque alias gentes adhibi-
tum (locutus erat de Græcis, eorumque Legumlatoribus Mi-
noë & Lycurgo) multorum causam bonorum persuasis exti-
sse ferunt. Nam apud Arianos Zautrauses bonum geni-
um; apud Getas Zamotxis communem Vestam, apud Iudeos
Moses D^Eum, qui Iao dicitur (ita paganus homo de sacris a-
lienis, tametsi veris, differit) legum suarum auctorem finixisse
perhibetur: sive, quod admirandum prorsus & divinum es-
se iudicarent commentum illud, quod in commodum societa-
tis humanae exire: sive quod vulgus ad maiestatem &
potentiam illorum, qui leges invenisse dicerentur, respectans,
dicto magis audiens fore existimarent.* Unde constat, factas
Legumlatorum revelationes non alia intentione usurpatas
esse, quam ut sibi subiectos in obsequio continerent mores
que pravos meū Numinis reprimenter. Quo tamen ob-
tentu evitare non potuerunt, quin eos in credulitatem p^ræ-
cipitarent, quæ toties committitur, quoties fides rebus fi-
ctis p^ræstatur.

S. XIX.

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

§. XIX.

53

Quæ hactenus fuerunt tradita, ad statum politicum respxerunt. In sacro ubi corruptio adparet, ibi occasio datur credulitati. Et quoniam nulla religio in solo naturæ lumine subsistit, sed quævis sua nititur revelatione; inde gentes vera destituta, ad fictam falsamque revelationem provocantes, viam ad credulitatem sibi pandunt. Ita Gentiles ad oracula, auguria, fabulasque Poëtarum, quos remittunt, eodem credulos reddunt. *Conf. supra §. V.* Falsi enim decipiuntur persuasione, Poëtas nosse omnia, iuxta illud Virgilii:

Quæ sunt, quæ fuerint, quæ monvensura trabantur.
 Pari ratione Iudei, quando ad Thalmudem confugiunt, næniis fabulisque scatentem, largam credulitatis messem carpanunt. Quæ accidit etiam Muhammedanis, Alcorano suo consecratis ac mancipatis, ubi ~~naversequula~~ quædam Iudaicarum fabularum, reliquiarum gentilismi, retrimentorum Christianorum, & penus contradictionum offenditur. Et utinam inter Christi nomen profisos non extaret seßæ, quæ vel somnia sua divinis scripturis æquiparent, vel confitit, nescio quorum, spirituum ad partitionibus illuderent, vel adfectato quadam conscientiæ dominio suos ad credulitatem invitarent. Pluribus hæc explicare atque illustrare possemus, nisi merito verendum, ne fines artium turbemus ac confundamus. Ideoque saltim delibavimus, nec pertractabimus fictas revelationes, aliosve credulitatis in sacris adparatus. Cum autem Pontifici inter hos restim ducant, pace eorum, quorum magnopere interest Papales corrigere ac refutare errores, hæc superaddimus dictis nostris. Scilicet quamdiu Pontifici simplici fide convincere suos conantur atque eo compellere, ut Pontificem in definiendis fidei negotiis infallibilem esse credant, tamdiu absurdissima, quæ nec ex sacris litteris, nec ratione probari possunt, urgente cæcæ obedientiæ præiudicio, de quo §. IX. *supra actum*, credere iubentur. Iude purgatori ignes accensi, reliquiarum usus

G 3

§4. CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

usus inventus, sanctorum adparitiones immotuerunt, similesque abusus, quos c'eminare, Theologorum virorum opus ac labor est. Est profecto insigne credulitatis specimen editum a Gregor. M. in *Dialogis*, qui ex adparitionibus spe|erorum, profationem purgatorii petuit, dignus hanc ob causam visus est, quem Melchior Canus, religionis suæ socius a criter reprehenderet in *Lib. II. Loc. Theolog. cap. VI.* Immo credulitati istorum temporum id condonandum fuisset, modo nostra ætate, qua lux veritatis omnium oculis illabitur, iisdem tenèbris Pontifici fere non oblectarent. A quibus tamen revocantur in ipso Concilio Tridentino, quod Lex fundamentalis est Pontificie religionis, in cuius Decreto de Purgatorio Sess. XXV. severa est sententia: *Incerta, vel que specie falsi laborant, evulgari, ac iracuari, non permittant Episcopi.* Ea vero, que ac curiositatē quandam aut superstitionem spectant, vel turpe lacrum sapienti; tanquam scandala & fidelium offendicula prohibeant. Sed quid vetat, quo minus forense illud dicterium ad hoc Concilii decretum adplicemus. *Profestationem esse factio conservariam.*

§. XIX.

Diximus supra cap. I. §. X. credulis plenas esse scholas, nec mutamus hanc sententiam. Notius enim est, quam ut ignorari possit, discentes credere docentium magis, quam culpa sua. Siquidem illi vel arcana communiscuntur, ut reliquis paullo profundius artes rimari videantur, vel subtilia, aliena, minusve necessaria præferunt utilibus, propriis atq; magis necessariis, ut palmarum prompti ingenii aliis reddant dubiam, qui haec talia etiam proponunt. Immo rebus ex alia, quam profitentur, disciplina petitis ac propositis id consequuntur a discipulis suis, ut credant se a Polyhistoris cuiusdam ore pendere, tantaque dignos felicitate repertos esse, ut una arte cognita, ceteris carere possint, perinde, ut in proverbio circumfertur, una fidelia duos parietes dealbare licet. Glaucoma hoc obiicitur credulis a Philosophia Iuridica, Medica ac simili. Exempla enim non mutant habi-tum

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

37

tum doctrinæ, sed tantum illustrant. Id quod more suo ad-
eurate ostendit celeberrimus Vir Dn. Bierlingius in *Lineam:*
Method. stud. cap. V. §. XXIV. Non diffitemur, docentes
haut exiguum hoc facto sibi comparavisse autoritatem, qua-
tamen ab auditoribus in præiudicium conversa, nec mini-
mam causam præbuisse credulitatì. Quam summopere pro-
vehit Philosophia sectaria, servitute quadam ingenii erga se-
ctam eiusque conditorem invecta. Ne vero, qui ex nimia
credulitate illi semel addicti sunt, ad meliorem mentem re-
deant, attendantque per omnes sectas veritatem esse disper-
sam, neque unam omnino verum vidisse, ut præclare docet
Grotius in *Lib. de J. B. & P. Proleg. §. XLII.* Ideo pro con-
servanda dissentientium credulitate ea, que in altera secta recte
& naturæ conformiter dicta sunt, refutant atque impugnant.
Non aliunde enim incautorum alitur credulitas, quam a
crebris dissentientium stricturis, laude propria, sui com-
mendatione, & promissionibus eventu maioribus. Præci-
pue si velo quodam vel symbolorum, ut in Pythagoræis, vel
locutionum paradoxarum, ut in Stoicis, vel terminorum
obscurorum, ut in scholasticis doctoribus cuncta dogmata
incrustentur. Cum autem ut *sere quibus quisque moribus*
preditus est, eos transfundat in dictionem suam, secundum
Senecæ iudicium *Ep. XIV.* ita qui credulitatem dissentibus
instillare satagunt, genus sermonis sui magis ad movendum
ac delectandum dirigunt, quam ad docendum & convin-
cendum intellectum. Quo igitur vehementiores sunt ad-
fectuum motus, eo minor quidem est veritatis proposita
attentio, quippe quæ non infunditur, nisi tranquillis cogi-
tationibus mentique sedata; nihilominus maior est do-
centium admiratio, unde credulitas quoque nascitur. Et
quamvis rationi nihil gravius officiat, quam satyris & iocu-
lari cavillatione delectari, ut Georgius Mackenzi in *Libr.*
de imbecillit. humanæ ratiocinat. P II. circa fin. probe admonuit;
attamen, quæ sœculi nostri labes est, fortiores creduntur at-
que soleriores, quibus exinde victoria cedit. Adeo ca-

coē

96 CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

coethes hoc temere credendi ubique dominatur, ut vitium pro virtute, & inertia pro arte, cæca fide recipiatur atque estimetur.

§. XX.

Quibus perspicue declaratis ac demonstratis, non defunt acriter obicientes, credulitatem non artificum atque Doctorum, sed artium ipsiusque doctrinae vitium esse sive sententiarum ac hypothesum varietas, sive controversiarum copia, quæ in iisdem occurrit, cum cura inspiciatur. Sed principio notandum est, parum referre, quas quisque docentium hypotheses recipiat, modo talis sit doctrina, quæ ad ultum ducat, vitaque humanæ conducat. Si vero illarum selectus habendus sit. Præferantur demonstrativa, quia docentium scopus atque intentio esse debet, ut discentes, in quantum patitur rerum conditio, aliquid certi sciant. Quibus connumerantur faciles ac breves, cum multitudine, aut difficultas, non instruat, sed credula dissentientium ingenia perturbet. In primis autem tuta elegantur, quia periculis circumdata est vita nostra, ideoque illæ hypotheses sunt optimæ, quæ graviora quedam pericula tollunt, vel saltim ea minuant. De controversiis ita censendum est, illas non tam artium esse, quam artificum, quippe qui vitiis & intellectus & voluntatis sua easdem excitaverunt. Neque singularum tractatio discentes reddit credulos, sed istarum, quæ ostentationis gratia moventur, aut ex fundamento suo genuino non eruuntur, tunc accidit, ut vel veteres errores in his propagentur, vel novis detur occasio. Liceat ad ineptum disputatorem huc ea transferre, quibus Cicero in *L. II. de Oratore*, ineptum oratorem depinxit. Qui quod aus postulat tempus non videt, aus plura loquitur, aus se offendat, aus eorum, cum quibus est, dignitatis, vel commodi rationem non habet. Deinde opponunt illud sat notum Quintiliandi dictum; multa utilitas gratias fngi, ut puerorum etas improvida ludificetur. Præterquam enim quod fictiones omnes haut improbemus, modo quæ promittitur, utilitas re ipsa

CAP. II. DE CAUSIS CREDULITATIS.

57

ipſa obtineri poſſit, Hugo Grotius de J. B. & P. Lib. III. c. I. §. XV. ſed cum ad homines maturæ ætatis extendantur, qui intelligendi viribus valent; illis ubique illudere fiftionibus, proximum eft ad credulitatem aditum præparare, & alienum ab officio, quo homines aliis hominibus obligantur. Taceimus, quæ in ſuperioribus adduximus §. V. circa educationem caute instituendam occupati, ne in eorum, qui edificantur credulitatem definat. Denique communem illam ſententiam accidunt urgentque: *difcentem oportet credere.* Quamdiu ſeſilicet præsumtio illa perfectionis pro docente militat, tamdiu hoc difcenti permittitur. Nam tribuenda eft doctoribus fides, ſed non tam propter ſolam auctoritatem, quam propter rationes & conditiones, quibus illam ſibi comparaverunt, ne obliuiscamur eorū, quæ dicta ſunt c. I. §. VIII. & XIII. Sic Nazianenſis atq; Basilius, at quanti Eccleſiae Patres! Præceptore Libanio Sophista uſi ſunt prædicta ratione, ac credulitatis periculi effugerunt. Patiamur quoq; gradus eſſe profectuum: ſunt incipientes; ſunt quaſi adulti in artium ſtudiis: illis fidei, his ſcrutinii gloria relicta eſt, quia priores res in cauſis ſuis nondum perſpicunt, & plus adhuc non capio certi proſecutus. Seneca iudice Epift. XXXIII. illorum ætas. E contrario, qui per longi temporis diligentiam ad pleniorē iudicidat facultatem profecerunt, iſtorum alia ratio eft. Si enim al' ena fide ſemper niti velint, in perpetua credulitate verſabuntur, ac plures non detegentur errores, quin immo vana hominum comments, mente difcentium caligante, ve ritati commixta ad posteros eosque ferros transferentur: Quare ex Epicharmo Ciceronem in tempore admonentem provectiones difcentium audiant: *Nervos atque artus eſſe sapientie non temere credere.* Et maxime Philosophie cultoribus id conuenit, qui doctrinas suas non ex revelationibus, ubi fide opus eft, fed lumini naturæ debent, quod ab una parte rationem, ab altera ſenſum, ab utraque experientiam requirit, quæ credulitatem ſatis expellunt.

H

CAP.

CAP. III.
DE
DAMNIS ET REMEDIIS CONTRA CREDULITATEM.
SUMMA.

Connexio cum distributione dannorum in ea, que artibus & vice consortiis a credulitate impendit §. I.
Credulitas infert Theologiae damna in theoria per traditiones; in præxi secundum statum personarum producit vorum obedientias casæ, cuius discrimen ab obedientia simplici evolvitur, & una praetextus a captivazione rationis removetur: quod ad cultum DEI attinet, huic admiscet superstitionem: que demonstratur ac illustratur cum quibusdam factis Pontificiorum, tum a ritu orandi Paganorum, Iudæorum & Mohammedanorum. De Geierus laudatur. De Idololatria credulitatis effectu agitur, eiusque exempla inferuntur, addita comparatione eius cum atheismo, tamquam hoc minore errore. D. Iurieu commendatur et que ac testimonium Br. Herbert de Cherbury, Machiavelli vero sententia improbatur, §. II.

Iurisprudentiae conciliat (1) Fictiones legislatorum, de quibus remissive (2) idolum iuris, glossam, cuius admiratores recensentur. Praxim legum ab eadem frustra repeti cum Rennemann stutuitur. (3) spectrum iuris, communem opinionem. Comparatio hæc e-

volvit. Illam vero non facere a) Doctorum numerum vel auctoritatem demonstratur. Menochii admiratio in Bartolum desixa notatur. b) Nec usum. Ubi de non usu, leges non statim abrogant. c) Neque antiquitatem, que præiudicio orta est. De electivo opiniorum concursu obiter agitur, inserta remissione ad Didres, & addita censura librorum collectaneorum. Qua occasione Gielo laudatur. (4) Fabulas, que tam ex legibus, quam Dibibus adducuntur. De confuetudine, doli capacitatem probante, nata ex credulitate, item de hac, ut poena mitigatione conducat, remissive. §. III. Credulitas non ad Medicos sed ad mediciatos spectat, qui rationem ab experientia & vice versi separant. Inde oritur methodus perdendi; morborum eventus falsis caulis assignatur: corruptio morborum, eleccio remediorum incongruorum, aut congruorum, sed superstitione in applicandi modo existente. Quas ob causas relictur Iudæorum Cabballa practica, Muhammedanorum fanaticatio per sententias Alcorani, Paganorum curatio per carmina, & inter Christianos Pontificiorum per Enfalmadoras, item per Evangelium Iohannis, &c. Iuris Canonici super-

persticio circa collectionem herbarum expenditur. De unguento armario nominatum agitur. Feminas præ ceteris superstitione Medicinæ deditas esse probatur. Pro verbium de fide egroti. **D.** Valentini Medicina illegalis laudatur. §. IV.

Credulitas Philosophica parit (1) Sebas, quarum origo encleatur, symbolum exhibetur, comes in servitute ingenii ostenditur, cuius damna in artium studiis deplorantur. Seneca ac Digbeij iudicia inserta sunt. In primis Scholasticorum dominium conscientie taxatur. (2) Syncretismum Philosophicum, qui declaratur, summe noxious esse probatur. Hoc nomine Gocklenius accusatur. Iudicium de toto negotio ex Quintilianio petitus est. §. V.

Damna credulitatis Logice dividuntur in ea, que arti, &c. que intellœcti accident : De illis fit remissio ad cap. I.; de his agitur (1) respectu ingenii, in quo elicunt imaginaciones vanas & cœcas, ac tandem ipsum entusiasmum. Solvit obiectio de entibus rationis eorumque usus in convincendo nimis pertinaci adverfario commendatur. Alius de Melancholicorum cœcis imaginationibus examinatur, earumque indulgenciam ad resipiscientiam prodest evincitur. (2) respectu iudicii, a credulitate penderit id, quod temerarium est. Quod declaratur, probatur, & illustratur exemplis. Regressus fit ad item, in primis syllogisticam, cuius figura fistuntur, ut oracula

credulorum trivialia. Autor **A.** C. hanc ob causam reprehenditur Sturmii novi syllogizandi modicum quoad inventionem, tum quod alium reiciuntur. §. VI.

In Ethica credulitas producit (1) pretextum bone intentionis, que insufficiens (2) a magno exemplo petitam excusationem, que calva esse videtur (3) probabilismum, cuius natura fistitur & ad meliorem eius perceptionem divisio probabilitatis adseritur. Unde limitatio Ferd. Christ. a Castro Palao alicuius contradictionis argui potest. Impudentia Iesuite Tanneri in hoc argumento monstratur probabilissimum esse credulitatis effectum probatur, una cum remissione ad Ddres tam veteres, quam recentissimos. §. VII.

Oceatio credulitatis Politice in hypothesi D. Textoris explicatur, ea que refutatur. Fatales Resumuplicarum periodos frustra a certo annorum numero derivari ostensum est. Sententia huius origo e Platonis Philosophia investigatur. Quales sint verae periodi declaratur. De Imperantiorum nominibus fatalibus quedam exempla enumerantur. Richterus notatur. Iudicium de illis interponitur, de prompta illustratione a Pontifice post electionem sui nomen mutante. §. VIII.

Physica credulitas nocuit vel in genere, per commenta qualitatum occultarum, fugam vaui, & spiritus cuiusdam vestoris, vel in specie secundum tria illa regna, scilicet in minerali, insolitis vires lapidibus a-

H 2
liis-

60 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

liisq; fasibilibus adsingendo. In vegetabili, superstitionem plantarum propagatioem, introducendo. In animali, adiuvando varias fabulas e. g. de Gryphis, quorum intuitu notatur D. Frantzus, enigmata de Phœnice, neniae de ortu Basilisci, de quo Aldrovandi lectio commendatur. Trice de loquela brutorum a Fabricio ab Aqua pendent excitate reiciuntur. Deliramenta vulgi circa meteoræ, præsertim ignea. De Astrologica credulitatem tam veterum, quam recentiorum agitur, eiusq; prædictiones vanitatis convincuntur. Indorum recentiorum exemplum ideo adiectum est. §. IX.

In Pneumatica credulitas corripit (1) efflenti spiritus, quam Pagani Philosophi in purissimo igne quæsiverunt, quos secutus esse videtur Anonymus Autor novissimus in principiis Philosophiae, cuius sententia ad incomoda & contradictionem perducta est (2) potentiam spirituum circa adiunctionem corporum. Ubi de spiritis tam signillatim, quam gregatim visis; iudicium de illis accommodatur cum personis, tum temporis, in quo adparuerunt. Lavaterus laudatur. Delirionis de adparitionibus animarum opinio exhibilatur. Totum argumentum Viris Theologis disceptandum permittitur, & propterea Clerici modestia probatur. Media via circa Magiam D. E.lie Camerarii adducta est §. X.

Credulitatem in historia peperisse fabulas demonstrant addito Seneca testimonio. T. Livius a credulitate vindicatus contra Balium a Tellando. Occasio fabularum a

Paganis & a Pontificis confucatarum in historia sacra: in seculari historia partim ab invidia Historici, vti de Ctesia Cnidio id probatum, partim a studio erga gentem propriam, partim a def. Etu necessiariorum amniculorum uti de Monachorum scriptis historicis iudicium fert Aventinus. Sic historia de Rolando tergemini mendacii arguitur. Dictri verbi concluditur, §. X.

Effectus credulitatis in vita consortiis a) quotidianis est deceptio b) selectis, perfidia: Exempla tam sacra, quam profana adducuntur. Solvit obiectio, quæ occasione decepti Simonis Maccabei mora est. Vitia, quæ ex credulitate in privata societates redundant, una cum damnis instruntur. Credulitatem in Republica Principes ad audiendos delatores; subditos ad sequendos calumniatores disponere, demonstratur. Rufus dubium de utilitate delatorum expenditur, ac restrictione habita de causa cognitione evitatur. Querela de gravitate onerum publicorum ex subditorum culpa estimantur. §. XII.

Remedia contra credulitatem proponuntur, & omisis communibus eliguntur propria, quorum unum, credo, sed cui credas, vide. Id que probatur (1) ex conditione rerum humasarum (2) ex qualitatibus testi necessariis, (3) ex causa testimoniij alleganda. Hinc Catonis iunioris exemplum una cum methodo Socratica commendatur. Refolviunt dubium de artifice, cui in arte sua credendum. Lockii sententia ponderatur, qua testimoniuum

CONTRA CREDULITATEM.

61

iam nudum pro signo probabilitatis habet, cuius refutatio dicto Ciceronis obfigatur. §. XIII.
Alterum est remedium: Respice eventum una cum modo & ordine in mediis ad illum consequendum. Quod rursus probatur a) ab utili, quia eventus docet. Illustratur

Plauti & Ciceronis sententia de oculata manu, b) a necessario, quia ad selectum mediorum facit. Removeretur dubium de personarum differentia. (c a periculo. Unde differentia in modo adplandi urgetur cum excusatione, & dicto Seneca concluditur. §. XIV.

§. I.

Quemadmodum nulla calamitas sola existit, ita nec vitium sine damno accidit atque periculo. A malo enim provenire malum, exinde liquet, quia culpam premit poena comes. Id ergo, quod a credulitate imminet, iam superest explicandum. Tanto brevius, quanto in superiori tractatione uberior eius mentione subinde facta est. Experientia vero nos admonente tam in artium studiis, quam in vita consortis modo dictum damnum & periculum deprehenditur. Hinc secundum ordinem, vulgo obtinente, utrumque commemoraturi sumus.

§. II. Nusquam autem graviora dama dedit credulitas, quam in religione, atque eam complectente Theologia. Que viri Theologi in scriptis suis latius deducunt, nobis summo digito, & velut per indicem ea tetigisse, pace ipsorum liceat. Sic inter Pontificios credulitas peperit non rituales modo, sed & dogmaticas traditiones, quas circa rerum divinarum notitiam pari pietatis affectu cum scriptura sacra recipiunt. Admodum enim solemne illorum est effugium, ut, ex scripturis sacris quod exculpere nequeunt, traditionum autoritate muniant, minus attendentes, quod vel dubio sint fidei, vel sibi contrarie, vel scripture etiam advertere. Quam ob causam refutantur a Caspero Brochmanno in lib. de Verbo Dei non scripto, Antonio Sadeele in Tr. de Verbo Dei scripto contra traditiones, Theodoro Hackspanio in Exercitat. de Libertate Christiana adversus iugum traditionum aliisque. Par ratione e Pontificiis Monachos huc usque impulit credulitas, ut Praelatis & Abbatibus suis

H 3 pro

62 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

pro consequendo ordine perpetuo *obedientie* voto se subiicerent. Quo tamen ipso cœcum quendam superiores suos sequendi impetum, non propositum implendi horum voluntatem, satis declarant. Neque Monachos iuuat pre-textus a captivanda ratione petitus, *vid. cap. I. §. XIII.* Cum hæc captivetur in rebus, vel supra hominis captum positis, vel ad subiectos non æque pertinentibus; at *votum obedientiae* cohibet iudicium in negotiis, quæ intellectus humani iudicium non penitus excedunt, & præterea ad subiectorum Monachorum statum cognoscendum maxime spectant. Unde, quod fides dirigit alias & moderatur, id credulitas in tali obedierte exclusit iudicium, ut imperata faciant, sed fine ratione & intuitu connexionis cum statu suo. Et proinde, quam Monachi captant gloriam obsequii, probrofa quedam servitus est, cum, quantopere etiam in hoc voto sibi placeant creduli, tamen sui non sunt, omnino amissâ proprie voluntatis libertate, ut *nec velle amplius, nec nolle habeant*, ceu de ipsis loquitur Pontifex *in cap. ult. de sepultur. in VIto.* Ut autem credulitas circa Dei rerumque divinarum sensum admisceret *traditiones*, & circa personarum statum elicit *votum perpetuae obedientie*; ita circa DEI cultum producit *superstitionem*, qua creduli non in excessu sed perversè, probe monente Hugone Grotio *in Proleg. de J. B. & P. §. XLV.* quod ad modum & media attinet, Deum colunt. Nam creduli factis otiosis indulgent, ceu demonstravimus *cap. II. §. XII.* ideoque peregrinationes ad loca sancta, flagellationes, oblationes & alia cultus elestitii ac superstitionis specimina edunt. Deinde simplices sunt, iuxta *cap. I. §. XIV.* & iudicio, rerum circumstantias discernentes sive carent, sive pro ignavia sua uti nolunt. *cap. II. §. XI.* creduli. Hinc tequitur, ut DEum amandum timeant, & colendum violent, quippe falsis, variis ac frivolis ceremoniis eundem venerando. Maxima pars cultus divini sunt preces, omnium gentium consensu, speique in DEO collocatae signa. Jam vero superstitionis gentium illas gestibus parum congruis aliisque circ-

210 CONTRA CREDULITATEM.

63

circumstantiis fecerat cum has sub necessitate imposuit. Prodeat exempli loco, ritus orandi versus plagam mundi, qui credulæ superstitionis forum meriti debet originem suam. Pagani eligunt orientem, solem vel pro DEO cap. II. §. II. vel ut excusantur ab Antonio van Dalen, minimum pro Symbolo presentia divinae colentes: Judæi versus occidentem orant, Solymorum tanquam natalis soli dulcedine duchi: Muhammadani meridiem præferunt, quod Meccam æque ac Medinam, Muhammedis & Petriam & tumulum, ad hanc plagam sita esse putant. Ad septentrionem nullus ex populis se convertere audet, inter orandum, quod ex plurimum credula persuasione infernus ibi situs sit. Miratur id exemplum consummatisimum Theologum D. Marcinum Geierum omisisse, qui tamen in luculento *Tr. de Superstitione*, plura congesit, quæ lectu & cognitu dignissima sunt, & Plutarchum Paganum Philosophum, de eodem argumento agentem, in ordinem sepe revocavit, eiusque errores una cum Moralistarum fallis & opinionibus & excusationibus diligenter excusavit. Denique credulitas viam pandit ad idolatriam, quia non ex vane timore solum procedit uti probavimus c. II. §. IX. sed & quos occupavit, anxiros timidosque reddit. Sic prima in orbem terrarum idola vanus credulorum metus introduxit, sive de crassa Paganorum, sive de subtili aliorum idololatria agamus, quæ *προθεωτικ* modo Principum, modo sanctorum, modo conditorum alicuius sectæ concernit. Inteatim quoconque modo haec fese habent, de quibus consulatur Jo. Gerhardus Vossius *de Origine & Progressu idolatriæ p. II. Lib. I. cap. IV.* & Thomas Godwin in *Mos. & Aaron Lib. IV. cap. I. cum scqq. ubi de Idolatria Judæorum gemina proferuntur! Nihilominus idolatriæ ex credulitate tanto gravius errasse non videntur, quanto athei ex incredulitate vid. cap. I. §. XIV. cum isti adulatores; hi rebelles sint: illi genos humanum in possessione eius doctrinæ, quod DEUS sit, relinquunt; et qua athei pro audacia sua id deiicere conentur. Non ergo curiosam, sed uti-*

64 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

utilem esse disceptationem hanc, de atheismo deteriore ipsa idolatria, ex dictis patet, cuius tamen adcurata decisio a vi-
ris Theologis petenda est. Atque hoc quodammodo perti-
net D. Petri Iuriu Viri Theologi liber contra Bælium,
qui titulum præfert. *Courte revue des Maximes de Mo-
rale, & des Principes de religion del' Auteur des Pensées
diverse sur les comètes.* Neque contemnendum est hac
in parte iudicium Edoardi Baroni Herbert de Cherbury
quod in medium profert in libr. de caus. error. eiusque ap-
pend. p. 14. & 15. de gentibus idololatriis; quamvis in reliquis
hypothesibus suis merito deserendus sit: *Dum in idolis
ipsis, inquit, aliquam sive bonitatis, sive iustitiae divinæ par-
ticulam coluere, mitius fortasse insinuerant.* Propterea tam-
en, comparatione hac inter idolatriam & atheismum
admissa, Nicolao Machiavello non assentimur, qui in
Lib. I. de Republica cap. XI. & XII. indignam hominem, nedum
Christianum Politico, fovet sententiam, homines, quo
magis sint creduli, eo religiosiores esse, & Republicam Ro-
manorum, deficiente idolatria, decrevisse. At mirifice
fallitur, quia vinculum Reipublicæ præstat non falsa, sed
vera religio. vid. B. D. Hermannus Conringius in Disp. de
Iure maiestat. circa sacra. Quamvis etiam concedamus ma-
los esse pii follertiore, quia artibus, voluptati commodisq;
vitæ humanæ, itemque fastui inservientibus incumbunt;
prudentiores tamen esse nequeunt, quoniam pii, DEO re-
busque divinis intenti, vero bono eoque summo perfruun-
tur, ut eis, quæ saeculi deliciae sunt, carere possint.

S. III. Si recordamur eorum, quæ cap. II. §. XVII. dicta
fuerunt, de legum conditoribus, utpote qui cum Diis com-
merciū finixerunt, ut legibus a se promulgatis autoritatem
quandam conciliarent, non mitiora fata, atque aliis discipli-
nis iurisprudentiæ a credulitate augurari possumus. Princi-
pio nobis se se offert glossa, idolum illud iuris, quam credulitas
enixa est, magis tamen veterū, quam recentiorum Iurisconsul-
torum: quorum illi glossæ tantam tribuunt auctoritatem, ut
omnis

CONTRA CREDULITATEM.

65

omnes alias supererat autoritates, ceu Baldus in L. 9. C. depos.
n. ult. Jason ad L. 3. D. de J. & J. n. 34, utrumque fecutus
Dominicus Arumaeus in P. II. Dec. IV. n. 7, praefidenter ad-
ferit. Ideoque glossæ semper adhærendum esse, præcipit
modo citatus Baldus in L. 1. D. de vulg. & pupill. subdit.
A credulo præceptore suo Bartolo seductus in L. 3. D. de J.
& J. ita arguente, quod glossæ maior sit, quam omnium
Doctorum autoritas. Quæ multos olim & nuper permo-
vit, ut legem nollent in curia receptam agnoscere, nisi
quam glossa illustraverit. Et quosdam Pragmaticorum eo
progressos esse dementiae, indignabundo calamo scribit
Henninges Rennemannus, vir cordatissimus, in Iurispr.
Romano-Germ. P. I. Disp. VII. §. XXV. ut ex instinctu mali
genii hanc sententiam eructarent, Legibus, earundemque
rationi glossam esse anteferendam. Post fori iurisque ido-
lum, quod credulitate matre productum vidimus; alterum
prosecunditate eius editum est in spebro iuris, quo commu-
nem opinionem designare libet: quia ut illud in familia; ita
hæc credulos in curia terret: illud umbra sine corpore; hæc
ut plurimum sententia vel sine lege, vel sine sufficiente aut
conveniente ratione. Equidem magnam doctorum Iuris-
consultorum debere auctoritatem esse, non abnuimus; ab-
sit tamen hac sola eorum opiniones metiamur ac definia-
mus. Cum ex lege, aut ratione, quæ iuris analogie re-
spondet, omnis opinio valorem suum nanciscatur. Altera-
utra harum deficiente, nescimus, quo modo iurisconsul-
ti fidem suam probaturi sint. Ad numerum Doctorum non
configendum esse, supra tradidimus cap. I. §. X. cum nu-
merus quoque innumerus detur errantium, qui tamen
errori patrocinium nullum prestat. Quamvis in docto-
rum numero glossa, Innocentius Pontifex, Speculator, &
Bartolus continantur, quibus alias creduli æstimant com-
munem opinionem; nihilominus ad eam recipiendam pa-
rum prosunt, quia glossa paullo ante reiecta est, & Ponti-
fex cum citatis Doctoribus homines fuerunt, a quibus er-

I

rare

66 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

dare alienum non putamus. Videat ergo, qui se excuset
 inter recentiores iurisconsultos, Jacobus Menochius cum di-
 xerit: *Imperantem mihi alium non habeo præter Barolum.*
 Neque usus per se sufficit dictæ opinioni communi, cetero-
 quin ad multarum opinionum iure ac ratione præmunita-
 rum abrogationem non usus faceret: ut ut privatorum non
 sit, negoti eorumque remedia publica lege introducta, sed
 ignorantia aut oscitantia omissa, gnaris & prudentioribus
 viris adimere. Minime vero omnium antiquitatem urgere
 licet in opinionum communium delectu, tum quia antiquissi-
 mum quodque non semper verissimum, nisi præjudicio hoc
 nitentibus cap. II. §. XI. tum quia errorum præscriptio non
 datur. Unde liquet, invitante credulitate, haut raro evenire,
 ut in electivo opinionum concursu, communis proba-
 biliori, & rursus hæc tunc præferatur, quod inspicentes
 Prosperum Fagnanum in *Tr. de opinione probabili*, Anconi-
 um Mariam Loratum in *Libr. de communi opinione*, & Hiro-
 nymum de Cævallos in *speculo aureo opinionum communium
 contra communes*, atque his iungentes *Syntagma communium
 opinionum* IV. Tomis constans, & ex XXVII. Iurisconsulto-
 rum scriptis eo nomine publicatis collectum, editumque
 Lugduni Gallorum anno MDLXXXI. omnino testari poter-
 runt. Quibus omnibus opponimus illud Imperatoris inter-
 dictum ex L. i. §. 6. C. de V. I. E. Neque ex multitudine au-
 torum, quod melius & æquius est, indicatote: cum possit uni-
 us forsitan, & deterioris sententia, & multos, & maiores a-
 liqua in parte superare. Maxime hæc observanda sunt con-
 tra illos iurisconsultos, qui iuvante credulitate libros collec-
 taneos conscribunt, proprio iudicio diffisi, cosdem meris Dd.
 allegationibus implent, quia sententias sub examen non vo-
 cantes, non tam proprias, quam alienas merces venum ex-
 ponunt: quibus proinde maiorem autoritatem non concili-
 ant, quam tabernæ alienæ conciliat meritis insitior uti pru-
 dentissime iudicat recentissimus Ictus, D. Joseph Bernhard
 Gletlein *Jurispr. Fundam. Lib. I. Tit. II. §. V. n. u. Interea brevi-*
ta-

CONTRA CREDULITATEM.

67

tatis ducti amore silemus fabulas, quibus credulitas Iurisprudentiam non semel inquinavit. Quarum alia in legibus ipsis cernuntur, ut illa de hippocentauro, quam uberior exanimavimus cap. II. §. XVI. de societate leonina L. 26. §. 1. D. pro soc. de quinque receptaculis uteri L. 36. D. de foliis ac longe plures: aliae assumentis Doctorum accesserunt, ut de Aquilia oculos in tergo hebente, ac de fallacibus criminum iudiciis, quorum adcuratum pro more suo examen suscepit Illustris Cocceius in peculiari *Dissertat.* de hac materia. Ex credulitate quoque orta est illa consuetudo, qua doli capacitate in fure impubere per porrectionem & electionem pomam atque aurei probare fatagunt. Si enim impubes doli capax est, ut poenam eviteret, potius pomum, quam aureum electurus est. Unde probationem hanc credulorum iudicium vanam esse, quisque animadverit. Quod autem credulitas vel a poena delinquentem liberare, vel ad mitiorem salutem permovere possit, de eo hic non disquirimus. vid. Carpzovius *Pr. Cr. P. III. Qu. XIIIX. n. 51.* cum iuris forum paullo propius reliquis attinet.

§. IV. Et si Medicina non minus, quam aliis disciplinis sua convenit certitudo, sive in methodo, sive in mediis sanandi occupata sit, D. Berger in *Disp. de certitudine Medicinae*, hac tamen haut obstante, credulitas irrepit; eorum culpae interveniente, quorum mentionem inieccimus Cap. I. §. X. qui artem medendi simulant, quam vel plane non didicерunt, vel leviter saltim brachio tractaverunt. Adeoque credulitas non Medicorum, sed Medicastrorum vitium est. Cuius damna, ne ab ordine iam recepto discedamus, paucis com-memoranda sunt. Eveniunt autem, quando vera ratio medica ab experientia separatur. Inde omnis generis frivole observationes colliguntur, ex earumque inductione, at penitus insufficiente, de qua cap. II. §. XI. dictum, methodus non medendi, sed perdendi petitur. Deinde credulitati quoque damnum hoc tribuendum est, quoties morborum eventus adscribuntur causis falso arreptis, ac proinde in æ-

I 2

groti

68 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

groti perniciem vertuntur, ut scilicet ex morbo benigno fiat malignus, cura vel prorsus impedita, vel redditia adhuc difficiliore. Maximum vero omnium damnum est, quod credulitas inflixit praestantissima artium, medicinæ, a superstitione, quæ modo in conquirendis, modo in adiplicandis remediis transparet: illic incongrua media; hic congrua quidem, sed modo utendi superstitioso adhibentur. Ita carminum vi verborumque ope morbos sanari, inter gentes creditum est. Quam ob causam de Iudeis, Kabbalam Præticam amplectentibus, tradit Buxtorius in *Synagog. Iudeor. cap. IV.* & novissime D. H. J. van Birhuyzen Prof. Hannoviensis in *Dissertat. de Cabala vera & falsa* hoc anno editis, eos certa Psalmorum diæta, chartæ inscriptæ, contra cuiusque generis morbos collo appendere. Eandem superstitionem Muhammedanos circa Alcoranum suum patrare, refert D. Geier in *Tr. de superstitione cap. III. §. XXII.* in f. Paganorum morem, quo morborum curam per carmina & cantus Musicos suscepserunt, uti Orpheum lyra sua pestem depulisse, copiose expendit D. Brendel in *Disp. de hoc argumen-*
to. Inter Christianos, quod dolendum, Pontificii, præterquam quod feminis carminatricibus, ex Hispanorum idiomate transumpta voce, Enfalmaderis, permitunt, teste Vincentio Filiuccio in *Tom. II. Op. Moral. Tr. XXIV. cap. VI. n.* 151. eodem abusu, quo Iudei solent conspurcare Scripturam S. ad morbos curandos, nominatim vero Evangelium S. Johannis tali superstitioni subiiciunt, quo Caspar Barzus, Iesuita, in schedula scripto & pectori adposito, pestem febresque malignas in India depulisse atque curavisse narrat Io. Walter Viringius, Archiater Lovaniensis in *prefatione Molani Diario Medicorum prefixa p. 17.* Ne addamus agnos DEI in collo gestatos, sanctorum reliquias aut imagines, quarum non gestatio solum, sed & nuda possessio protuenda ac reparanda sanitatem una cum aliis eiusmodi amuletis laudatur. conf. Thomas Sanchez in *Lib. II. Summ. Theol. c. XL. n. 39.* Si quis vero putet, propriam hanc esse quorundam

CONTRA CREDULITATEM.

69

dam Doctorum superstitionem, illi Ius Canonicum evolendum erit c. III. *Caus. XXVI. qu. V.* ubi Martinus Pontifex Paganorum traditiones recte removet, sed cum in collectionibus herbarum, quæ medicinales vocantur, expresse permittit, ut illæ fiant cum Symboli divini confessione & oratione dominica, tunc non tam devotio, quam inolita quedam supersticio ab eo intenditur. Quid enim fidei professio aut symboli istius allegatio cum collectione herborum commune habet? Cur non æque liceat proferre Decalogi verba, nili a verbis derivanda esset quedam efficacia in herbas. Neque minor in adpli-candis veris etiam ac congruis medicamentis deprehenditur supersticio si vel ad distantem locum alicuius remedii effectus, per nescio quem spiritum vectorem, promittitur, uti de unguento armario somniant, quo illitus gladius lalentis id ad sanandum vulnus læsi absens conducere dicitur: vel verbis barbaris eisque repetitis, accedente dierum discrimine, & ut sub specie atque umbra pietatis eo maiorem penes credulam nimis plebeculam assensum mereantur, nomina divina, ex Iudeorum emulatione, iisdem coniungunt, insigniorem vim medendi remedii ita supervenire perhibent. Prä reliquis feminæ, atque ex his vetule, ad Medicinam supersticiosam prompta sunt ac parata, ad quam creberima sollicitaque custodita credulitas eas perduxit, vid. cap. II. §. XII. Unde verum quoque medicamentum præbentes, illud proverbio suo, credulitatis indice, commendant, wenn man daran glaube / so helfe die Arzney am besten. Laude ergo sua maestandus est celeberrimus D. Michaël Bernhard Valentin, Professor Medicus in Academia Ludoviciana inclitus, qui in *Declamat. V.* quam Pandectis suis Medico-Legalibus adnectere voluit, noxiū hunc credulitatis fructum de *Medicina illegali & superstitione decerpit*, ibique secundum tres corporis humani ventres illa remedia, quæ supersticio excogitavit impellente credulitate, recensuit, perstrinxit atque exsibilavit, ut lectorum impenitaboris numquam poenitere posset.

I,

S. V.

70 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

§. V. Neque minora in Philosophia damna dedit credulitas, quamvis hæc ex ipsa rerum natura principia sua eruat, in eisque adplicandis perpetuo rationis ductu utatur. Illa vero aut universa Philosophia communia sunt, aut singularium eius partium propria. Ex istis nota sunt studium sectæ, ac Syncretismus Philosophicus, quorum hic Doctorum; illud discipulorum creditatatem pro causa præsupponit. Incredibile enim alicuius Philosophi autoritate, omnes sine ullo ingenii discrimine eum sequuntur: ex quibus tamen plures famæ, quam doctrinæ adhaerent. Ita accidit ipsis, ut singula, quæ sentit, agit, docet ac dicit, si non semper pro oraculis, minimum pro norma sciendi vivendique, simplici fide, quæ credulorum propria est. Cap. I. §. VIII. & XIII. & cap. II. §. XV. recipiunt: probationes, a rerum natura petitas negligunt, principia rationis contemnunt, & solum in doctoris sui testimoniis adquiescent. Ad quos commode adplicari potest dictum Senecæ in Lib. de Vit. beat. cap. I. *Unusquisque mavult credere, quam iudicare, numquam de vita iudicatur, semper creditur.* Nisi que apud Pythagoræ aut Epicuræ saltim auditur illi *δινος ισχα* sed apud hos etiam invaluit, quos nostra ætas sub diu lato collectos vidit. Sectæ erunt, donec homines. Quibus addicti iudicium non evidenter cognitionis suæ de rebus perceptis estimant, sed in opinionem de præstantia & doctrina doctoris sui unice resolvunt. Verum maior nulla est cœcitas, quam nihil per se sapere, nihil iudicare, totum ex alieno sensu iudicioq; pendere. Cum ergo alterius, nempe conditoris, nutu, secundam semel amplexi dirigantur reganturque, credulitate sua in veram ingenii servitutem se præcipitaverunt. De quibus recte iudicat Kenelmus Digges in *Immortalit. Anim. Tr. II. c. II. §. VII.* quod alienis oculis videant, ac proinde si quæ de rei veritate difficultates oriuntur, non innata obiecti claritate, & veluti radiis ab ipso emissis easdem dissipant, sed docentis auctoritate supprimunt. At quantum isthæc ingenii servitus studiis Philosophiae oblitus, vel exinde facile

CONTRA CREDULITATEM.

71

facile est ad intelligendum, quia rerum novarum inventio-
nem impedit, necessariam errorum excludit refutationem,
ac utilem sententiarum electionem cohibet. Quo nomine
compellanda est Scholasticorum in Papatu philosophia, cui
servitus ingenii si non natales, haud leve tamen incremen-
tum debet. Quemadmodum enim Pontifex dominium
conscientiae in rebus Ecclesiæ affectat, ita illi Ddres hoc ad
scholæ negotia extenderunt, primum credulos, deinde fer-
vos efficiendo. Ad Syncretismum quoque pervenientum
est, prout a credulitate dependet. Dum enim huic dediti,
sententias vere sibi contradicentes in concordiam redigere
conantur, credunt errare neminem, modo dissentientium
mens recte percipiatur. Non secus atque imperiti cre-
dunt, Philosophos errare omnes, cum propter contentiones
ac lites inter se consentire nequeant. At nimis care illa
pax emitur, quæ cum veritatis iactura coniuncta est. Nam
qui veras contradictiones conciliare intendunt, non tollunt
errores, sed novas ferunt. Cum accedente hac concilia-
tione, alteram quoque propositionem falsam reddunt, quia
contradictoriæ suæ similem efficere cupiunt. Specimen
Syncretismi Philosophici posteris reliquit excutiendum Ru-
dolphus Gocklenius, Professor Marpurgensis, in *Conciliato-
re suo Philosophico*, in quo variorum Philosophorum veter-
um sententias inter se conciliare studuit, sed irrito conatu,
uti insipientibus hoc scriptum patescat. Nos interim o-
mnibus istis Philosophis, qui Syncretismo favent, opponi-
mus illud, quod apud Quintilianum Patrem *controversia
CCCLXV.* extat: *Vis illos iungam, qui seipso dividunt.*

§. VI. Cum singularum Philosophiæ partium propria
damna consideratur sumus, sub earum initium nobis Logi-
ca occurrit. Quam a credulitate multa passam esse incom-
moda Cap. I §. I. II. & V. indicatis tam veterum, quam recen-
tiorum Logicorum nævis, satis evicimus. Sed quoniam il-
la magis arti, quam intellectui, ab arte directo, obvenerunt,
iam ordine nos ducente, de posterioribus damnis quedam bre-

079

77 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

breviter proponemus. Etenim ratione ingenii, quod temperamentum corporis sequitur, cap. II. §. XII. credulitas in intellectu elicit imaginationes vanas in sanguineis, cœcas in Melancholicis: utrisque in eo convenit, quod repræsentent imagines rei fictitiae; discriminé saltim in hoc remanentes: quod vana animi vitium esse possint, si constantius alantur, quia dolo obnoxiae, eisque indulgentes non aliis tantum, sed & sibi metipsis mentiuntur, ut in enthusiasmo adpareat, sive Theologico, de quo lo. Luckius in Lib. IV. de intellectu cap. XIX. §. VI. seq. sive Philosophico, Mericus Casaubonus in Tr. de enthusiasmo Philosphorum sive Poëtico, ut Daniel Morhofius in Diff. de enthusiasmo Poëtarum. Quibus exaltatas Paracelsi suorumque adfæclarum iuxtaferimus imaginationes, nisi aliquot tempore de his agendi occasio se obtulisset D. Præsidi. Neq; obstat, quod entia rationis admittantur, adeoque imaginationes vanæ tamquam credulitatis damna, improbandæ non sint. Verum quælibet entia rationis adeo vana minime sunt, ut vulgo videntur, cum contra pertinacem erroris absurdum defensionem adhibita, ad contradictionem si non expressam, tamen implicitam ipsum deducunt, ut errore suo convincatur. Alia igitur intentione si fingantur, non refragamur, si ad censum vanæ imaginationis rediguntur. E contrario cœcæ imaginationes, morbus quidem sunt adficiens intellectum, sed præcedente corporis vitio, scilicet atræ bilis in sanguine exuberantia, ac modo dicta culpa per se vacare dicuntur. Quarum exempla varia de Melancholicis adduximus cit. cap. II. §. XII. in f. & præterea commendamus illud, quod de nobili quodam Melancholico, inter venandum ab auro vulnus accipiente, quo ex voto sanato, nihilo minus sibi imaginabatur, id adhuc corpus adfligere, donec simulatione cuiusdam Monachi, a cœca imaginatione sua liberatus fuerit, Harsdörferus memorat in dem Schauplatz Lust und Leid der Geschichte P. VI. Cap. CXLV. n. 12. Claro admodum argumento, si cœcæ imaginationi locus concedatur, ægros non amplius lœdi, sed potius sanitatem eorum

pro-

CONTRA CREDULITATEM.

73

procurari, ut credulitas, quæ danno sicut morboque, minimum hoc respectu tunc commodo cederet atque remedio esset. Ratione iudicii autem si aestimatur credulitas, summopere nocet, quod illud reddit temerarium *cap. I. §. V.* Nam ob simplicitatem intellectus creduli illam personarum & rerum relationem, qua iudicium omne nascitur, penitus pervertunt, quia naturam rerum, earumque præstantiam vel plane non adsequuntur, vel recte inter se comparare negligunt. Inde ex neglegendo illo rationum, aut indiciorum, examine, quibus res ac personæ inter se dignoscuntur, accidit, ut bonum iudicent, quem alii malum vocaverint: rem arduam, quæ facilis prudentioribus esse videatur. Præser-tim si attendamus, credulitatis originem ab affectibus pendere, *iuxta cap. II. §. IX.* Enimvero pariter omne iudicium liberatum, quando res transiit in effectum. Neque ex internis personarum ac rerum circumstantiis tunc instituitur iudicium, sed tantum ex signis externis, quæ uti communia, ita ambigua esse solent. Creditur dives, non qui sati habet, forteque sua contentus est, sed qui multas opes possidet. Perinde ex benevolentia alicuius, quis facile bonum de illo iudicat, ac presumit, quod erga eundem bene est affectus: Quare temerarium iudicium oritur ex levitate atque insufficientia rationum, culpa eius in credulitatem redundante: cum graves subesse possint rationes, sed quia credulis notæ non sunt, ideo temerarium ferunt iudicium. *Cap. II. §. XII.* Antequam hinc abeamus, pauca delibanda sunt de syllogismo artificiali, qui in connexione & ordine iudiciorum constitut, eisdemque satis subiectus esse videtur, ut in eo plus creditur, quam demonstretur. Etenim Logici pro tuendo illo ordine varias & figuratas & modos pro situ tam medi termini, quam pro qualitate & quantitate propositionum excogitaverunt, eisque singulis peculiares regulæ accomodaverunt, de quibus haut ita pridem Cl. Io. Christopherus Sturmius in *Tr. de Novis syllogizandi modis* §. IV. libro suo de *Universalibus Euclideis* adnexo recte, iudicavit, hæc esse

K

tri-

74 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

trivialia credulorum oracula, quibus absterriti, tantam libertatem sibi non sumant, ut in veritatem istarum subtilitatum inquirere ausint. Etsi igitur hac in parte merito laudandus est Vir celeberrimus; nihilominus cum duodecim novorum syllogizandi modorum accessione donaverit Logicam in Scyllam incidit, quam evitare voluerat. Probe enim nō vit figurās æque ac modos ad vim concludendi in syllogismis nihil conferre, quanto etiam acumine Autor A. C. P. III. cap. V.-IX. id obtinere satagār; cum situs ille medii termini, qui figurās distinguit atque constituit, tantum externa quædam circumstantia sit syllogismi, quale etiam de modis iudicium ferri potest, adeoque de horum incrementis sollicitus, ad solidam eruditōnem parum, licet ad superficiāriam multum contulisse videatur. Ne dicamus, novos illos syllogizandi modos partim conversione per contrapositionem maxima ex parte nitī, ut ad usitatos facile reduci queant, partim sub indirectis modis veterum Logicorum latere, partim obscuriores esse, quam ut animū dubium valde instruere possint. Conf. cap. I. §. I. Quapropter supervacuis illis inventionibus ac laboribus Seneca dictum adplicamus: *Imprudentia est supervacanea velle discere, in tanta temporis egestate.*

§. VII. Post Logicæ damna expendenda sunt, quæ Ethicæ credulitas attraxit. Sunt autem tria potissimum, quibus creduli mortalium in morum studio se aliosque decipiunt, Scilicet prætextus bonæ intentionis, magni ac probi viri exemplum, & auctoritas probati alicuius Doctoris. Ad hæc exigere solent plerique hominum facta sua, corumque ductum secuti, tunc conscientiæ sive satis prospectum esse credunt. Verum quod ad bonam intentionem attinet, nemini hanc vitæ normam esse posse, pluribus evictum ivit D. Præfes in Disp. de Norma actuum Moralium §. III. Probi viri etiam exemplum ad imitationem provocare valet virtutis amantem; at nullum invenire licet, quæ labes humana est, omni ex parte probum ac beatum. Hinc inter causas malorum

CONTRA CREDULITATEM.

75

rum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur, ut Senecæ iudicium nostrorum faciamus *ep. LVIII, in f.* Auctoritas vero probati Doctoris est, qua credulitate opem ferente, protrauit inter Pontificios *probabilismum*. Siquidem morum est derivatio e testimonio cuiusque Doctoris a fede Romana probati famaque commendati, ut nihil intersit, sive rationem probandi habeat, sive ea carreat: quia non ab interna, sed ab externa tantum probabilitate metiuntur probabilismum suum, adeoque eis saltim vita testem laudasse sufficit. Parum itaque sibi constare videatur Ferdinandus Christophorus a Castro Palao *Tom. II. Oper. Moral. Tr. X. cap. III. n. 33.* quando a Doctore, cuius auctoritas in moribus amplectenda est, requirit, ut eius opinio non contineat errorem. Quia limitatione semel adhibita, quem scriptis suis hoc usque defenderat, probabilismum rursus destruit. Nam singuli eius defensores uno ore presupponunt, opinionem a probato Doctore adlatam errore vacare: quia supremum sanctæ inquisitionis examen, infallibili sedis Apostolicae præsule ita rubente ac dirigen- te, sustinuit. Videat ergo, quomodo cum sociis suis in gratiam redeat. In primis cum Adamo Tannero, qui in *Theol. Schol. Disput. II. Qu. IV. Dub. III. n. 33.* statuere non erubuit: *Quamvis opinio sit falsa, potest tamen semper quilibet illam rura conscientia, prædicta sequi propter autoritatem docentis.* Cui recte obiicitur illud Senecæ *in ep. XLVIII. in f.* *Levis est malitia, sepe mutatur: non in melius, sed in aliud.* Nobis iam incumbit probare, credulitatis effectum esse probabilismum. Et sane ex dictis hoc liquet, quia in nuda Doctoris auctoritate adquiescit, quam reiecimus *cap. I. §. VIII.* a coeca obedientia perducitur ad executionem, de qua quid sentendum sit *cap. II. §. XI.* & *boc cap. §. II.* diximus, ab ignorantia & bona voluntatis affectione, omnia interpretante in partem meliorem, excusat. *Cap. I. §. VII.* Eat nunc quis dicatque probabilismum non esse turpem creduli ingenii fœtum. Reliqua, quaæ ad gravissimi huius erroris refutatio-

K 2

nem

76 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

nem spectant, neutquam tractamus, utpote a doctoribus Viris dudum exhausta, ut a D. Iægero in *Tr. de Conscientia Probabilis*. D. Io. Iac. Müllero in *Inst. Phil. Mor. Propedeum.* §. XXXVI. D. Rachelio, qui Ludovici Montaltii *epistolatas ad Provinciales*, una cum Wilhelmi Wendrockii notis iuncto proprio de hoc materia opuseculo edidit. Quos consuluisse, neminem pœnitebit. Ceterum incrustaverunt hunc errorem e recentissimis scriptoribus Italis Iosephus Riccius in *Fundamento Theologie Moralis*, ex Gallis Io. Gisbert in libro,, cui titulus *Antiprobabilismus*.

§. VIII. Transeundum quoque nobis est, ad illa damna, quæ ex credulitate Politica persensit. Quibus non postrem occasionem dedisse videntur, qui cum D. Io. Wolfgang Textore in *Tr. de vera & varia ratione Stat. Germ. Modern.* cap. I. hanc hypothesin tuerintur: *Politicanum in fortius versari.* Semel ea concessanihil certi in vita civili relinquitur, omniaque ab autoritate & opinione hominum pendere creduntur. *supra cap. I. §. X.* Sicut vero hi succesiū carent, qui consilia status solum ab eventu notant, ita ausis excidant, oportet, qui negotia vitæ civilis a nuda hominum autoritate deducere gestiūnt, periculis atq; damnis tam societas privatorum, quam Respublicas credulitate sua involvunt. Conf Stanislaus Lubomirski *L. de vanitate consiliorum.* Adeoq; frustra sunt, qui fatales Rerum publicarum periodos, quibus conversæ vel eversæ fuerunt, intervenienti saltē certo annorum spatio, quæ credulitas ipsorum est, tribuent. Nam temporis per se efficaciam nullam esse, neminem fugit. Hugo Grotius *de J. B. & P. Lib. II. cap. IV. §. I.* Ut crises in morbis non fiunt ob numerum dierum, sed ob motus humorum, qui inter spatia eiusmodi magis digeruntur & ad secretionem præparantur; ita mutationes Rerum publicarum eveniunt intra certa temporis intervalla, a quibus tamen non producuntur. Et sane inducō, qua istarum periodorum Patroni nituntur, sufficiente exemplorum enumeratione destituitur, quod habito eorum examine evicit Reinhardus Koni-

CONTRA CREDULITATEM.

Königius in *Theat. Polit. P. I. cap. VI. n. 70. seqq.* Accedente falsa Platonis sententia, qui admirabilem esse efficaciam numeri septenarii & novenarii cum suis cubicis & quadratis statuit, propterea confutatus a Io. Bodino *Llib. IV. de Republ. c. II. n. 410.* Periodi ergo sunt non annorum, sed errorum & peccatorum in Rebus publicis longe lateque grassantium. Ita legum armorumque contemtu, quibus cives ac hostes in ordinem rediguntur, quamplurima imperia destructa esse, Historicorum monumenta passim testantur. Quod etiam nomina quædam regnis familiisve delectui sint, quædam horrore, non aliunde proficiscitur, quam a credula persuasione, ea vel ad felicitatem, vel ad calamitatem fatalia extitisse. Felicia predicant Politicorum creduli a nomina Leopoldorum Austriacis, Ludovicorum Gallis, Ferdinandorum Hispanie Regibus, Christianorum & Fridericorum Danis, ne pluribus referendo fatiscam. E contrario infausta iudicantur, Philippus quidem omnibus Magnatibus apud Richterum in *Axiomat. Pol. IV. exempl. II. p. 48.* sed data exempla non respondent; Henricorum Regibus Gallæ quia omnes, quos habuerunt, hoc nomine insignitos, excepto primo, cruenta morte perierunt: ut secundus in hastilio cum Comite Montgommery, tertius bello ciuili per Monachum Jacobum Clementem, quartus in via per Ravalliacum. Jacobus Scotis auditu funestum, quia plerique huius nominis Reges violentæ morti cesserunt, nisi quod Sextus ille, post & Rex Angliae, sicca morte occubuit; quamvis pulvleraria coniuratio haut mitius fatum minitaretur, exitu tamen destitutum. Similia collegisse in aliis regnis, primum est. Nobis hæc sufficiunt ad probandam Politicorum credulitatem, in illis sententias occurrentem: *Nomina esse omnia, item a quorum nominibus imperia & regna initium capiunt, in eisdem definere.* Hæc igitur philosophiae anili cordi sint, nos re ad feriam ducta veritatem, nominibus male imputari arbitramur, quod moribus debetur. Neque meliorem iniverunt rationem quotquot Pontificum

78 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

nomen suum mutaverunt, credulitate hac inducti: *Quicunque Papa non mutat nomen, non diu vivit.* Credulitas enim id axioma suggestit, cum Pontifices exiguo tempore Ecclesiae præsiderint, cum annis confecti eligantur, vanam nunc pro vera coniectura amplexi sunt. Aliud mysterium, quod in mutatione nominis Pontificum captat Stephanus Szegedinus in *Spec. Pontific. Rom.* p.32. veremur nostrum facere, contenti ad autorem hunc lectores remisisse.

§. IX. Si in singulis Philosophiae partibus, quoad fieri potest, hominis nullius autoritate ne acutissimi quidem Philosophi, sed sola rationis evidentia nitendum, certe in Physica, longe præstabilis illa scientia, maxime necessaria est talis admonitio. Seus enim docentes, credulitatem, quædamno maloque artem hanc premit, temere invexerunt. Hinc specimena experientie sine ratione data, natura artis æmula facta, speculations sine usu in lucem editæ fuerunt. Quis non in dies Syncrasiarum, sympathizet & antipathizat magnifica nomina audit, quibus insulti sui proditores, ignorantiam circa corporum naturalium vires atque qualitates teger conantur, & probatione destituti ad fugam vacui, purum cerebri humani commentum, se recipiunt, aut ad spiritum quandam vectorem configunt. Adeo vero per omnia naturæ regna se credulitatis damna disfluderunt, ut nusquam non sive fabula sive superstitionis opiniones deprehendantur. In regno minerali gemmis lapidibusque eiusmodi effectus a creduliis tribuuntur, qui naturæ excedunt vires, & proinde occultarum qualitatum pallio frustra vellantur. Sic adamantem coniugum amorem physice conciliare: Smaragdum ab actu adulterii: Turcoideam a casu: Rubinum a tristitia & peste præservare, diu est, quod mortales crediderint, a Plinio, Alberto M. si verus est librorum de virtutibus lapidum & herbarum autor, aliisque seducti. In regno vegetabili nulla planta, nullum semen terræ infertur, sine superstitionum offendiculis, aut sine certorum siderum positu, quasi horum influxus præter lucem ac solis calorem ali-

CONTRA CREDULITATEM.

79

aliquid amplius praestaret. A credulitate etiam profecta est, divisio inter arbores felices ac infelices, quomodo Macrobius *lib. III. cap. XX.* sicum albam ex felicium; nigram ex infelicum arborum numero esse commenorat, huiusque generis plures nugas quas ne tangimus quidem. In regno animali fabulis plena esse omnia, illi probe intelligunt, qui historiam animalium perscrutantur. Ita Wolfgangus Frantz, *in Hist. Animal.* c. XXXIX. commentus est gryphos tantæ valetatis & fortitudinis alites quadrupedes, ut octo leones & centum aquilas superare, armatumque virum in medium evchere ærem valeant. Neque abs re admiratione nos subit, qui persuaderi sibi passus fuerit, ut quæ anigmata de Phoenice circumferuntur, vera esse perperam crederet Julius Cæsar Scaliger in *Exercit. CCXXXIII.* Melius contra lepidam de Basilisci ortu fabellam Ulysses Aldrovandus Philosoph. & Medicus Bononiensis in *Lib. XIV. Ornith.* c. 1. fol. 104. n. 60. sibi prospexit his verbis: *Quidquid hic, aliique dicunt, ego ne iurantibus quidem crediderim. Tantum abeſt, ut gallum ovum in ſumponere, ut eiusdem calore fecundetur, aur ab incubantibus rubetis basiliscum generari credam, ut nonnulli etiam NUGATI fint.* Non cuiusvis mira iactanti, protinus credendum, sed cum natura eiusque ordine in consilium abeundum est. Hinc bruta animantia inter se colloqui, inepre creditum fuit ab Hieronymo Fabricio ab Aquapendente singulari libro *de Loguel. brutorum cap. I.* & seqq. conf. D. Præsidis Disput. de Religione brutorum. Ad meteora quod attinet, adeo copioſe ac varie occurrit fabulae, sive futurorum ariolationem, sive metum, ab eis incusum credulis, attendamus, ut si de ignibus fatuis, de dracone volante, de igne lambente, de scutellis iridis ac similibus tam eruditorum, quam vulgi deliramenta quis recensere vellet, is vastum oceum exaurire tentaverit. De Astrologicæ credulitatis, cuius in *cap. I. §. X.* mentio facta est, damnis aliquid adiiciendum est, connexione rerum ita exigente. Quæ tamen cuncta uno velut fasce com-

80 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

complectitur Cœlius Rhodinus L. IX. Antiqu. Lect. cap. XX. Varronem secutus, cum inquit: *Ex astrologia sibi profixerunt superstitionum omnium vanitates.* Astrologi enim cum unum alterumve eventum, situ huius vel illius sideris existente, aliquot vicibus contingere observarent, deficiente illis a priori quadam argumentatione, in vanis credulisque persuasionibus suis, a posteriori saltim perfisterunt, ex aliquot fortuitis eventibus, qualemcunque illationis umbram elicuerunt, quæ incertos fefellerit. Quo nihil obstante integras gentes ab Astrologis adeo esse deceptas, ut quamvis prædictiones eorum re eventuque quotidie refelli videant, iis tamen credere ausint. De Indis id commemorat Bernier *Dans la Relation des Etats du Grand Mogoli*, eos, quoties res quascunque suscepturni sunt, cum hoste conflicti, missuri legatos, peregrabituri aut matrimonia contracturi, Astrologiam iudicariam consultare. Gemina de Persis adseverat Jesuita Tavernier in *Itiner. Pers. P. I. Lib. V. cap. XIV.*

§. X. Etsi corpori opponitur Spiritus; hæc tamen oppositio impedire non potuit, quominus Philosophorum credulitas uti Physicam, ita & Pneumaticam erroneis sententiis commacularet. Expositis itaque damnis, que a credulitate Physicarum illata fuerunt, filo ordinis nos ducente, ea paucis adducemus, quæ Pneumaticæ acciderunt. Respicunt vero vel ad essentiam, vel ad potentiam spirituum. De essentia Coelicolæ inter paganos Philosophos crediderunt, illam ex materia subtili, eaque ætherea constare. Unde sollem, ὁ εἰδηστὸς πῦρ iuxta Posidonium, pro DEO adoraverunt, animasque hominum pro eius effluviis habuerunt, quæ partes illæ sunt divini spiritus in corpus humanum metæ, de quibus Seneca loquitur in ep. LXVI. A quibus parum alieni esse videntur, qui cum Autore novissimo, cui *Principia Philosophiae antiquissimæ & recentissimæ* debemus, statuerunt, naturam Spiritus in luce positam esse, quam ante eum ad animam pridem adplicuerunt. Cornelius Agrippa in
Oct.

CONTRA CREDULITATEM.

61

Occulta Philos. Lib. III. cap. XXXVII. & Robertus Fludd. in Tr. V. de Macrocosmo Lib. IV. cap. IX. Verum Spiritus essentiam hoc modo sibi concipientes, eamdem penitus destruxerunt. Lux enim ignis attenuatus est, ac propterea a Zenone dicitur *πνεύμα πυροειδές* apud Laërtium *in eius vita* Lib. VII. p. 534, adeoque fine corpore, minimum subtili, intelligi non potest. Id quod fateri cogitur Autor *cit. loc. cap. VII. p. 70.* dicens: *Revera quodlibet corpus est spiritus, & nihil aliud, nihilque differt a spiritu, nisi quod magis sit tenebrosum: quo crassus ergo illud sit, eo magis spiritus a gradu removable, adeo ut distinctio hæc tantum sit modalis & graduatilis, non essentialis vel substantialis.* Hactenus ille. Si vero spiritus in corpus nihil agere potest, nisi, quæ citati Autoris credulitas est, cum corpore ille sit eiusdem naturæ, spiritus erit ipsum corpus, vel corpore impotentior: priore casu entia præter necessitatem ex hypothesi Autoris multiplicantur; posteriore effectus fit nobilior sua causa, ut tacceamus contradictionem, cuius meminimus *cap. II. § II.* Ex dictis cernere etiam licet, quantopere créduli fuerint illi Philosophi, qui concentum quendam circa animæ immoraltatem inter paganos & Christianos Philosophos sibi imaginati sunt, ut ut illi transmigrationem animarum admiserint. Sed de rei huius examine nunc non agemus, ne prolixiores sumus. Redimus ergo ad potentiam spirituum, præsertim angelorum, animarumque a corporum vinculis solitarum. Mira sunt, quæ nonnulli Philosophorum de illorum adsumptione corporum, & adparitionibus, aut cum homine commerciis, proferunt, ut putes inter medios spiritus hos educatos fuisse, quorum vires adeo exacte callere sibi videntur. Notari hac merentur, qua de variis spēctris iactant five sigillatim, utide Coboldis, cambionibus, nymphis aquatilibus & reliquis huius surfuris, five gregatim, uti de exercitu furioso, adparentibus. Melancholici enim, meticolosi, & qui imbecilli visu sunt audituque, multa, credulitate adiuvante, fingunt, se spēctra videre atque audire, quæ revera non sunt,

L

quo-

82 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

quorum deceptionem diligenter expendit Ludovicus La-
vaterus de Spectris Pr. I. cap. II. seqq. Non parum conferen-
te temporis nocturni circumstantia, quippe noctu ac vesperi
pleraque Spectrorum, ac quidem interdiu, visa esse legun-
tur. Scilicet hoc tempore facilius glaucoma oculis obiici,
& creduli citius falli possunt. Quid? nocte mendæ latent ac
mendacia. De animarum ad partitionibus idem adserit, igne
purgatorii prelucente, Martinus Delrio *Dijquist. Mag. Lib.*
VI. c. II. Seçt. I. qu. 1. §. 7. easdem noctu fieri. At miramur, hæc
tueri ausos. Etenim naturæ lumen non adsequitur statum
animarum, quod ad speciales eius attinet circumstantias.
Deinde in angelorum existentiam tantum conjecturis in-
quirunt Philosophi, lapsusque ignari sunt. Tantum abeft,
ut inde ortam Diabolorum astutiam penetrant, aut de ope-
ribus eius certi quid monstrare possint. Ex DEI verbo re-
velato, eique convenienter experientia, a viris Theologis hæc
singula diiudicanda sunt, quam cum credula hominum tur-
barationi fidere. Imitanda est hac in parte Jo. Clerici mo-
destia, in Pnevmat. *Sect. II. c. IV. §. V. & IX.* ita dicentis: *cum*
nobis Angelicæ potentiae limites sunt ignoti, hic nihil pro-
nunciare, nisi ab experientia peritum, possumus. Pari iudi-
cio respondemus illis, qui spiritus familiares, dæmones incu-
bos & succubos, aliaque Diabolicæ potentia spectacula in
lucem protrahunt, ut credulorum admirationem ita conse-
quantur. Est autem necessariū, ut obseruemus ingentem inter
superiora & nostra hæc tempora differentiam. Quondam adeo
nemo de magiæ existentia dubitabat, quin misera quadam cre-
dulitate cuncta ad magiam referret, quæ barbaro illo saeculo
utcumq; occulta, vel saltim minus manifesta fuerunt. Inde Ro-
gerius Baco in Anglia & Albertus M. Praeful Ratisponensis
Magiæ suspicionem subierunt, quod ceteris in perscrutatio-
ne arcanorum naturæ antecellerent, eisque experimentis sive
Chemisticis sive Mathematicis lucem affundere conarentur.
Postquam vero nostra ætate vana Magiæ indicia pleraque,
iuxta ac historiæ de magis non satis certæ ac firmæ deprehen-
dun-

CONTRA CREDULITATEM.

83

duntur, accedente Balthas. Beckeri non infelici temeritate circa impugnandam Diaboli potentiam, factum est, ut nec fabulæ ab historiis veris separentur, sed cum illis etiam hæc plane explodantur, aut sine ratione manifesta in dubium vocentur, quod præcipitis iudicij argumentum esse, pluribus eisque veris exemplis de hoc crimine evictum ivit, medium viam fecutus Celeberr. D. Elias Camerarius in recentiss.
Dissert. Epist. Med. Phys. I. de Magia non ente.

§. XI. Lucem veritatis esse Historiam, diu est, quod Cicero *Lib. II. de Oratore cap. IX.* præclare monuit. Hac mente utens, ut a Poëtis aliisque, qui magis delectationis, quam veritatis testificandæ causa aliquid memoria produnt, Historicos distingueret. Non tamen lux illa veritatis, que in Historia paullum emicat, maculas omnes dissipare potest, quas credulitas quorundam Historicorum ipsi obdulxit. Fabulas indigitamus, quarum multæ sub honestissimo illo nomine venditantur. De quibus Seneca in *Lib. VII. Nat. Qu. cap. XVI.* ait: *Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorum aliud asturum, si per quotidiana duceretur, miracula excitant. Quidam creduli, quidam negligentes sunt: Quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non evitant, hi apperunt.* Quam ob causam Livius, Romana Historiæ conditor, a Lipsio Possivino, Vossio aliisque vapulavit, quibus e recentioribus se adiunxit Petrus Bælius *Cogit. de Cometi Vol. I. §. V.* qui tamen & in continuatione *Vol. I. §. III.* iterum mentem suam mutauit. Cum prius vero hac in parte Livium tueatur Iacobus Tollandus in libro, cui titulas *Aedesidæmon præscriptus*, sive *Titus Livius a superstitione vindicatus*, Atque hunc vel solæ formulæ, quibus a se credulitatem amovere videtur, satis liberare posse, quas Tollandus l. c. confertim collegit p. 20. sqq. uti, *Hæc ad ostentationem sc̄ene, gaudentis miraculis, aptiora, quam ad fidem. Item, ea nec affirmare, nec refellere in animo est, & reliquæ. Sed hæc levia putamus. Graviora sunt commenta, quæ a Paganis imprudenter admisſæ fuerunt,* si-

L. 2

mul

84 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS.

mul ut res gestas Iudeorum, vananitentes traditione, historiis suis inferuerunt. Exemplo erit Tacitus *Lib. V. Histor. cap. III. & IV.*, ubi exitum Israëlitarum ex Aegypto inficeris admodum fabulis pro credulitate sua maculavit. Sunt etiam Historici, pro contraria religionis æstu zeloque accensi, qui multa attingunt, quæ impotentiam pariter ac imprudentiam ipsorum redargunt, a quo vitio ne quidem Ecclesiasticos scriptores, cum superiorum, tum nostri maxime facili sibi temperare posunt. Quæ res dubio procul excitavit Venerabilem Abbatem D. Schmidium, virum de Ecclesia ac Republica litteraria meritissimum, ut Historiam Ecclesiasticam fabulis maculatam in variis dissertationibus huc usque publicæ luci exposuerit, qui labor longe utilissimus, ut ad optatum finem perducatur, omnes veritatis cupidi, nobiscum ex animo vovent. Aliqui nova eaque falsa excogitant, ut ab aliis, a quibus dissentient summo desiderio flagrant, facile discernantur. Talis invidia, aut potius desiderium, inflammat Ctesiam Cnidium, ut deserta Herodotii, in describendo Affyriorum Medorumque Regum imperio, sententia, multa contra fidem historicam eiusque probabilitatem in fragmentis de Regibus Persarum proferret, quæ B. Christophorus Cellarius, felicissimus ille elegantiorum litterarum restaurator, in *Disp. de Principio Regnorum & Historiarum*, curate examinavit ac vanitatis solide convicit. Non nulli arroganter de se suaque gente plurima commentantur: quo nomine suspeclæ sunt narrationes de Aegyptiorum, Arcadum, Scytharum, Phrygum, Belgarum aliarumque gentium antiquitate apud Scriptores, alias non ignobiles: qui fuos populos omnium hominum totiusque orbis ætate priores astris lunæque vertustiores, immo plane αὐτόχθονες & γηγενεῖς cum terra natos, credula mente finixerunt. Vid. D. Beimann in *Orb. Terrar. Geograph. P. I. cap. IX. sect. I. §. I. seqq.* Et novissime D. Mathias Hiller in *Dissert. de Origine Gentium Celiticarum*. Verum isti pro affectibus fuerunt creduli, atque hinc historiam suam fabulis devenustaverunt.

Iam

CONTRA CREDULITATEM.

85

Iam Monachos intueamur aliosque Clericorum inter Pontificios, qui præcipui erant in contexenda medii ævi historia. Hi adminiculis destituti, quibus nititur veritas, & legentium utilitas promovetur, ut sunt notitia Rerum publicarum & locorum, linguarum peritia, consuetudo & familiaritas cum Magnatibus & eorum intimis, iudicium acre, liberum atque moderatum, & id genus alia. Quare mirum non est, si fabularum abundantia illorum historiam prope oppresserit. Iuſtam ex his conquerendi causam petuit Aventinus *Lib. III. Annal. Boitic. f. 160.* Antiquitatem, inquit, scrutamus ac excutimus, quantum possibile est; nam commentarii mediae antiquitatis hominum plerumque Monachorum non minus ineptiunt, quam vulgus ipsum, a quo magna ex parte haſtum est, quod adventiis ab adventiis edoti in litteras utcumque reulerunt. Idem *l. c. fol. 213.* Sacerdotes fabularum præcones vocat. Ecquid autem opus est verbis, ubi in ipsa Historia Imperiali adiunt rerum testimonia. Sic Rolandum, Io. Turpinus, Archiepiscopus Rehmenfis, qua erat anili credulitate, finxit. Caroli M. ex forore nepotem, ei statuas Weichbilden es attribuit, gigantemque immani corporis magnitudine fuisse, falso commentatur. Quam fabulam detexit ac ter geminum illud mendacium confutavit B. Rhetius in *Diss. de Stat. Rolandin. cap. I. tot.* Ex Henrici II. Imperatoris eiusque coniugis Cunigunda Historia, quam tot tantisque fabulis conspersam offendit Io. Cunradus, Dietericus in *Histor. Imperator. Saxonie.* plures adducere possemus, nisi prooperandum ad finem foret. Gravissimis itaque istius Historici verbis meditationem nostram obſignabimus *l. c. p. 126.* Sic seculum fuit, mirificis ſegmentis & fabulis Regum & Princium historias deveniſſare. Vix luſtrari potest historia, que fabularum navor ac puſtulas non obſendat a tergo & a facie.

S. XII. Quæ de artium singularum damnis, a credulitate ortis, dicta sunt, in præſenti ſufficient. Succedunt ea, quæ in vitæ consortiis subinde emergunt, quando hæc a credulis inſtituuntur. Hi enim in quotidianis patiuntur deceptionem, in selectis etiam perfidiam; utramque tamen

L 3

non

36 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

non sine culpa sua. Cum officii sui parum sint memores, circumstantias rerum, quæ ad se maxime pertinent, non tanta, quanta pars est, diligentia & circumspectione investigant, aut inventas recte discernunt. Quem credulitatis effectum Regum sapientissimus, Salomon *Prov.* XIV, 15. egregie expressit: Qui facile credit, facile decipitur. Et sacra historia non Protoplasmorum modo, quos adlegavimus *cap. II. §. II.*, sed & eius Propheta exemplum, quem a Leone discepimus *I. Reg. XIII.*, esse legimus, iusto DEI iudicio ita decernente, hic repetimus *ex c. I. §. VII. in f.* Neque saecularis historia eis destituitur, qui in fraudem inducti credulitate sua, damnum sibi, aliis vero vel luctum, vel ludibrium debuerint. Præter Neronis matrem eiusque comitem Aceronium, quarum credulitatem in tragicum fatum desissere ex Tacito ostendimus *cap. II. §. VI.* Imperator Nero ipse memorabile decepta credulitatis specimen exhibuit circa falsos thesauros in Africa effodiendos. Ad quos eum non Autoris *Ceselli Bassi*, nec ipsius negotiorum fidei satis spectata, nec missis visoribus, per quos nosceret, an vera affererentur, iam tum miserat, qui velut partam prædam adveharent, quorumque spe inani consumebat veteres opes, narrante Tacito XVI. *Ann. II.* Simile quidem credulitatis, at periculo gravius monumentum dedit Iacobus Anglia, sed eo tempore adhuc Scotia Rex, qui thesauri inveniendi pollicitatione in praesentissimum mortis discriminem adductus fuit, teste Thuanus in *Lib. CXXIV. ad an. MDCV.* Dum ergo leviter cuncti crediderunt, mirum non est, eosdem receperisse deceptos. Inde porro accidit, ut ex affectata persuasione, quæ a personis offeruntur, quibuscum versantur creduli, sine ullo discrimine illa acceptare soleant, eorum perfidia paullo post ludantur. De Simone Macabro I. *Macc. XIII.* id liquido constat, quum pactum cum Tryphonio iniaret pro fratre Ionathane liberando. Quo nomine exacta centum argenti pondo misit Tryphonius, datisque filiis fratri sui obsidum loco, sed prolixā credulitatem suam perfidus ille & pecuniae iactura, & singulorum cede multavit.

CONTRA CREDULITATEM.

87

vit. Evidem ex declaratione huius exempli colligi potest, nemini fidendum esse propter metum violandæ fidei, qui ex generali illa pravitate humani ingenii oritur, & sufficiens esse videtur ad detrectandam paci impletionem. Sed hoc concessio, delabimur ab uno ad alterum incommodum. Et quamvis dubitari queat de casu, an usquam contigerit; nihilominus Mitylenæ istum suppeditant, utpote qui frivolo obtentu, quem abrupta Atheniensium foedera præ se ferrent, a credulitate inciderunt in incredulitatem, non minus, atque illam, nocentem vid. Thucydides Lib. III. Tali ergo causæ non dissidentia, sed circumspetio est in obligatione, ne fidere noceat. Ceteris illud Luciani adplicandum ex Philopœude: γελοῖα ποιεῖς δητισῶν ἄποστολον. Interim non negamus, quæ singulis hominibus tam in vitæ consortiis, quam in commerciis, uti ex dictis liquet, credulitas attrahit; ea multo magis integris societatibus inferuntur, quo arctiore vinculo fides in illis constricta esse putatur. Sin ea, quæ fides ad fore inter socios præsumitur, noxio eventu sequente, membrum credulitatem fuisse adparet. Neque ullos arctius fidem obligare, quam qui maxime eandem violent, sua ætate bene admonuit Familianus Strada in *Decad. Hist. Belg.* I. L. I. cap. V. In privatibus clariora sunt illa damna, quam ut ignorari queant. Maritus credulus prætextu incredibiliris quidem adumbrat patientiam suam iuxta L. 29 pr. D. ad L. Jul. de adult. non tamen calamitatem suam avertit. Segnes, petulantes, prodigosq; liberos, non indulgentia modo, sed & comes eius individua reddit credulitas, &c, quominus servus iussa promte exsequatur, eodem domini sui vicio præpeditur. In Rebus publicis autem ex Principe tyrannum, & civibus rebellis efficit credulitas: illum ex nimia erga delatores clemencia; hos ex illicito onerum publicorum examine, quod calumniatores excitaverunt. Neque obstat, utile esse ut Princeps habeat delatores in sui consortio, quorum opera cognoscere valeat erga se mentem, moresque subditorum. Verum delatio non excludat causæ cognitionem. In eo i-
gitur

68 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

gitur latet error, si quis Principum temere delatoribus credit, aut hac sola de causa subditos suos condemnnet, quia sunt ab exploratoribus delati. Quæ improbanda est credulitas, ac indicata damna secum vehit. Multi enim delatorum spe aut odio vana deserunt, de quibus vindicatur est Justus Lipsius *Lib. IV. Polit. cap. X.* At crudele est, iis fidem habere, quod in Tiberio Imperatore reprehendit Suetonius in eius vita *cap. LXI.* Cum nemini delatorum fide abrogata Princeps & sibi & subditis suis noceat: Præ ceteris sibi, quia in tyranni suspicionem incurrit & in obsequio delatorum est, non animadvertens, turpissimam partem servitutis esse, subesse servis: postea subditis, quorum nullus innocens erit, si accusavisse sufficiet. Idem iudicium ferendum est de calumniatoribus, quibus vacuae credulæ plebis aures patent, eisque gravitatem publicorum onerum infundunt. Culpa enim ut plurimum apud ipsos subditos esse, cum amore otii stimulante, necessarios labores omittunt, ut diximus *c. II. §. XV.* nec publicos sumptus expendunt, pro quibus tolerandis ut graviora impontantur, summa requirit necessitas. Quare a subditis, qui temere crediderunt, nonnunquam graves seditiones propter hæc onera excitantur.

§. XII. A damnis proximum tenent locum remedia, ut, quæ haec tenus nocuerunt, illa in posterum nos doceant, cautos esse in credendo. Missis autem, quæ communia, sive ad depellendas opiniones praconceptas, sive ad sedandos affectus pravos pertinent, in medium ea saltim proferemus, quæ propria corrigendæ credulitatis esse videntur. Quorum unum: *credendum, sed videndum, cui credatur.* Adeo res hominum sunt ambiguæ, ut & credere, & diffidere illis noceat, modumque tenere paucis concessum sit. E quorum numero sunt, qui in eius circumstantias diligenter inquirunt, cui credendum est, de quibus *cap. I. §. VIII. & IX. dictum est.* Hinc fidem eis adhibent, de quorum notitia bonaque intentione certi sunt, ut non plus modo intelligent, quam ipsi-

ipsimet credentes, sed & religioni sibi ducant, aliquem ad-
fertione sua decepisse. Cunctatores bonos esse oportet,
qui damna credulitatis vel evitare, vel emendare cupiunt.
Nam festinando & adcurata circumstantiarum teste indagatio,
& necessaria earundem comparatio impeditur: cum
tamen tanti valeat ad credendum testimonium; quanta il-
larum praestantia esse cognoscitur. Deinde illis autoribus
fides habenda est, si causam idoneam reddiderint testimonii
sui. De Catone adhuc puer, scribit Plutarchus *in libr. xá-
rav vñtēgo*, eum paruisse quidem paedagogo iubenti, sed ro-
gasie, quam ob causam id iuberet. Arridet etiam nobis hae
in parte Socratis docendi ratio, qui voluit discipulos suos
esse assiduos in querendo, ut meditationibus adfuercent,
iudicium perpolirent, atque ita familiare istud scholis virtui,
credulitatem effugerent. *vid. Diog. Laerius in vita Socratis.* Pari ratione cavendum est in curia, ne sola suffragiorum
multitudo, quod ad singula vitæ negotia attinet, vincat, sed
ex I*Cui Arcadii monito, in L. 21. §. f. D. de tēs. respiciendum*
est ad sinceram testimoniorum fidem, eaque preferenda
sunt, quibus lux veritatis adficit. Unde damna, que in juris-
prudentia peperit credulitas, *vid. b. cap. §. III. tolluntur.* Ne-
que officit dictis, quod artifici in arte sua credendum sit. Cum
principium hoc intelligendum sit de artifice non secundum
auctoritatem solam spectato, verbum de illo, qui usu &
experientia instructus est, qua testimonium suum confirmare
potest, ideoque non simplici, sed probato artifici creden-
dum est. Tandiu enim hic fidem meretur, quamdiu alius
peritior, aut plures eaque periti adversari sententiam non
probaverunt. Immo si ratio adsit contraria, fides artificis laba-
scit, quia testimonia ut congrua ratione accurate confirman-
tur ac illustrantur, ita hac, quæ ipsi contraria est, destruun-
tur. Quare sententia Jo. Lockii *in L. IV. de intell. c. XV. §. IV.*
non amplectenda est, quia nudum testimonium pro signo pro-
babilitatis inducit. Quo ipso veritatem eiusque verisimi-
litu-


88 CAP. III. DE DAMNIS ET REMEDIIS

lititudinem non in re ipsa querit, sed tantum in subiecto, aut persona dicentis: cum tamen in rerum inter se connexione veritatis fundamentum sit collocandum. Dum vero in commendando dicentis testimonio occupatus est, homines vel ad plures, vel ad sapientiores remittit: illos non emendare, sed facere credulos paullo ante demonstratum est; neque ad hos prouocasse consultum est. Nam lepide refutavit in eo Stoicos Cicero in lib. IV. Academ. Quest. cum inquit: *quod dicunt, omnia se credere ei, quem iudicent fuisse sapientem; probarem, si id ipsum rudes & indotti iudicare posuissent: statuere enim, quid sit sapiens, vel maxime videtur esse sapientis.*

§. XIII. Alterum, quod adversus credulitatem paratum esse videtur remedium, huc reddit: *Attendendus est even-
tus unacum modo & ordine in mediis, ad consequendum hunc deſſinatis.* Etenim eventus ut imprudentum, ita credulorum optimus magister est, quo spem eorum semel decollante, non temere five promissioni, five inventioni credant. *Conf. cap. I. §. IX. in f.* Semper itaque, Pluto svasore, oculatae illorum sint manus, credant, quod vident. Oculata enim manus est, Taubmanno interprete in *Comment. ad Plat. in Af. Ad. I. Scen. III. v. 50.* cui non ante patet, donec manus attigit. Quo modo se gerentes, nec a largis promisoribus, nec a vanis inventoribus ipsis decipientur. Unde Ciceroni, manus, dicitur *vetare priusquam habeat, quidquam credere, & vice versa ha manus oculata sunt, qua secure eam quoque rem tenent, quam antea probe oculis perspicien-
dam præbuere.* Verum ab eventu progredimur ad media, in quibus ex acta quedam circumspetio usurpanda est, ne ullum admittatur, quod aliquis ceu licitum ac utile fugerit, nisi sufficiens exploratio præcesserit. Sic damnata, quæ credulitas per superstitionem intulit non Theologiae modo, sed & Medicinæ, de quibus supra b. cap. §. II. & IV. conquesisti sumus, haut difficulter evitantur. Et quamvis, per-

fo-

sonarum discrimen in tradendis artium studiis retinendum esse, omnio censeamus; nihilominus illam methodum constanter explodimus, qua pueris fabulæ, adolescentibus ioci pro comparanda attentione narrantur, tali obtentu, quod ea, quæ inter senes loquimur, non loqui conveniat inter pueros ac adolescentes, ac si res seriæ huic etati minus debentur, nec dementia sit, minus necessaria discere velle in tanta temporis egestate. Hinc falsis ideis intellectus adfvescit, & sensim ad errores recipiendos, ac paullo diutius fovendam credulitatem preparatur. *vid. cap. II. §. V. & ult.* Talis enim methodus similis esse videtur fluvio, qui levia atque inflata devehit, solida autem & pondus habentia mergit. Sed revertamur, his præmissis, ad modum applicandi media, circa quæ illa differentiæ ratio ineunda est, ut quæ aliquis prudenter facit cum libertate, ea in superstitionem credulus convertat, si faciat ex necessitate, loco exempli repetere libet, quæ de ritu orantium in eligenda certa coeli plaga differimus *b. cap. §. II.* Præterea adhuc plura essent, hanc in rem proferenda, nisi præter opinionem scriptio nostra excrescisset. Quare hic abrumpimus, ingemiscentes ex Seneca de illis, qui in communia vita hoc instituto utuntur, quod in *Lib. de Vit. Beat.* *cap. I.* his verbis descriptis: *Nemo sibi tantum errat, sed alii erroris causa & autor est. Nocet enim applicari antecedentibus, & dum unusquisque manuit credere, quam iudicare, numquam de vita iudicatur, semper creditur, versatque nos & precipitat traditus per manus error, alienisque perimus exemplis.*



M 2

NO-


NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO CANDIDATO
S. P. D. PRÆSES.

MUltos etate nostra hæc invasit cupidus, ut altiora adfectent, quam instituti ratio patitur. Hinc ea lestantur atque colunt studia, quibus plus subtilitatis ac iucunditatis, quam veræ utilitatis inest. Fastidiunt, quæ vitæ inserviunt commodis. Sibi enim sufficere, genio ita blandiente, videntur. Mirifice vero extollunt, quæ ad famam, utcumque captandam, facere putantur. Quibus virtutum artiumque possessionem, vacillante admodum iudicio, metiuntur. Semel inflammati quadam scientiæ opinione, protinus sciunt omnia. Unde neminem verentur, imitantur neminem. Sibimetipsis enim exemplo sunt, quo se oblectant. Neque ab ullius ore se pependisse, palam gloriantur. Quantopere autem fallantur, quemque satis docebit eventus. Cum non sibi tantum male consulant, sed & Reipublicæ haut parum adferant detrimenti. Fac agri instar esse ingenium, quod, nisi alterius cura atque cultura accedente, fructus non proferet suos. Semina ut virtutum, ita artium illi inspergen-

gerida sunt, sola naturæ bonitate, quanta etiam atque etiam commendetur, hæc minus supplente. Nemo itaque tanti valet, ut per se emergere possit. Sed, quæ adficta nimis est rerum nostrarum facies, oportet manum aliquis porrigit, preceptis regat, suoque incendat exemplo. Non alia, quam Tui causa, Iuvenis Praestantissime, cuncta hæc paullo copiosius a me commemorantur. Cum ea, in quibus iuventus nostra, spe vana lactante, gravissime errat, præ ceteris vitare soleas. Studia, quod plurimum cacoëthes est, non ausu præcipite tractavisti, sed gradus in eis servare, tuum erat. Prius sapere, quæ Tua semper fuit animi modestia, quam discere, noluisti. Humaniores istas litteras adeo coniunxisti cum singulis artibus, ut non tam ornamenta, quam fundamenta ex eis repetere videbaris. Neque, male res meamque disciplinam Tibi cessisse, luculento testimonio comprobavisti, cum superioribus annis de ascensu hominis in DEum Pythagorico, me moderatore, docte ac modeste cum com militonibus Tuis disceptares. Quo argumento exhibuisti tum ingenii non humi repentis fœtum, tum fructum industrie nunquam poenitendæ. Sed, qua polles alacritate, denuo in arenam prodis. Quæ igitur de credulitate idem tidem collegisti, eruditorum populo ostendis. His enim vitium illud non minus, quam plebi familiare est, humana autoritate utrinque fascinans,

nante. Probe gnarus, ibi plenius consulendum esse, ubi gravius imminent periculum. Ideo materiam hanc differendi calculo meo adprobavi, ut in ea vires ingenii Tui explorares. Qua exploratione ex animi mei voto succedente, uberiores porro studiis Tuis progressus adprecor. Sic futurum spero, ut & Patriæ, & Patronorum Tuorum, & meæ etiam expectationi singulari atque eximiae ad amissim respondere possis. Vale!







00 A 6357



f
56.





50

DISSERTATIONEM
DE
CREDULITATE
DIVINO A USPICIO
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPЕ AC DOMINO
DN. CAROLO,
PRINCIPЕ BORUSSIÆ MARCHIONE BRANDENBURGICO, ET RELIQUA
PRÆSIDE
IO. FRIDEMANN SCHNEIDERN,
PHIL. ET I. U. DOCT.
LOG. AC PRIMÆ PHILOS. PROFESSORE ORDIN. IUR. EXTRAORD.
ORDIN. PHIL. H. T. DECANO,
*Pro MAGISTRI Philosophiae honoribus ac Privilegiis rite
consequendis*
AD DIEM XXIX. NOVEMBRI MDCCXIV.
Publico examini exponit
AUTOR
IO. TOBIAS WAGNER
Nordhusanus Thuringus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ
Litteris Christiani Henckelii, Acad. Typ.